BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 L
8

13 - 19 . a . 59 .

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

K.2.

HERMANNI LOEMELII ANTVERPIENSIS

Sacræ Theologiæ Licentiati, & Canonici Lectoralis Eccleſiæ Cathedr. Audomarenſis

SPONGIA,

D. Gonon.

QVA

Diluuntur Calumniæ nomine Facultatis Pariſiẽſis impoſitæ Libro qui inſcribitur,

APOLOGIA SANCTÆ SEDIS Apoſtolicæ, circa Regimen Catholicorum Angliæ, &c.

NEC NON,

Eccleſiæ Anglicanæ Querimonia Apologetica de Cenſura aliquot Epiſcoporum Galliæ in duos libros Anglicanos &c. eiuſdem Authoris.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AVDOMAROPOLI,
Apud viduam CAROLI BOSCARDI, ſub Nomine IESV. 1631.

Digitized by Google

REVERENDISSIMO

IN CHRISTO PATRI,

P. Fr.

NICOLAO RICHARDII

ORDINIS SANCTI DOMINICI SACRI PALATII Magiſtro ſapientiſſimo.

R^me in Chriſto Pater,

Calumnias duobus Libris Anglicanis nomine Cenſuræ Pariſienſis Theologicæ facultatis intentatas propulſare vbi primùm inſtitui, ſtatim Apologiæ huic meæ tui Nominis patrocinium appe-

tij, & ſperaui. Cur appetierim procliue eſt dicere, nec vlli poteſt eſſe ignotum, niſi cui lux tuæ auctoritatis, quæ Romæ, & Roma velut è ſiderum domicilio & ſacrâ Sede inferiori orbi fulget, obſcura eſt. Auctoritatem dico, quam tibi peperit diuini ingenij præſtantia, memoriæ tenaciſſimæ prope immenſa capacitas, ſcientiarum omnium exacta accuratáque comprehenſio, dictionis è ſuperiori loco ſingularis facultas; conceptionum ſublimitate excellens, doctrinæ firmitate conſtans, rerum varietate florens, verborum ſuauitate fluens oratio, ſacræ præſertim Theologiæ tanta perceptio, in eáque explicanda perſpicuitas & puritas, vt inter Angelicos eiuſdem profeſſores velut Cherubinus, & ſcientifici Chori Princeps emineas.

Admiranda commemoro, ſed vera, credita, explorata gentibus quæ te videre & audire potuerunt. Cùm te ingenij & doctrinæ tuæ fama præcurreret adueniens famam ſuperaſti, tui copia admirationem auxit, fidem mirantibus addidit. Vt te præſentem magis quàm abſentē homines ad-

mira-

mirarentur effeciſti, quos ne de famæ quæ pepererat admirationem veritate dubitarent, tuæ preſentiæ luce eruditionis omnigenæ radios euibrante compuliſti. Hinc nominis quam tibi doctrinæ tuæ admiratio apud homines contulit celebritas gentilitium ſic obſcurauit, ac obruit, vt non alio quàm prodigij ſiue miraculi nomine audias, illiuſque Imperatoris tibi cognomen obtinueris, qui Mundi Mirabilia dicebatur.

Vides (Vir huius æui Ornatiſſime) quid Librum iſtum tibi nuncupando ſecutus ſim: nimirum vt tui Nominis luce mei tenebras illuſtrarē, vt Apologiæ meæ tuo, qui Sacro Pontificio Palatio Magiſter præes, fauore auctoritatem compararem; denique vt Richeriſtis qui contra hos Libros debacchati ſunt, tuæ doctrinæ & exiſtimationis fulgore præſtrictis ſilentium imponeretur. Ferunt ranas de quarum ſibi permoleſta coaxatione apud Homerum *Minerua* conqueritur, lampade ſupra lacum in quo tumultuantur appenſā, illius fulgore percuſſas conticeſcere. Negari non poteſt Facultatis Pariſienſis nomine à vigeſi-

 mo

mo iam plus minùs anno, quando cœperunt ibidem *Richeriſtæ* dominari, Cenſuras emanaſſe ruſticas & ineruditas, *Mineruæq́;* Catholicæ odioſas, quibus Clariſſimis huius æui Theologis obſtrepunt, & Lemanici lacus rauunculis acclamant. Aduerſus horum vociferationem potiùs quàm Cenſuram quâ coaxant in libros Anglicanos reſponſionem appoſui, quæ tamquam paludi clamoſiſſimæ lanterna immineret. Quæ feriet eorum oculos vehementiùs vocemq́ue præcludet, ſi intra eam præter veritatis lucem quâ falſitatis & arrogantiæ conuincuntur. Tuæ etiam lumen auctoritatis, quod à fonte tam propè mutuaris, ardebit.

Cur te mihi Patronum expetierim dixi; cur ſperauerim reſtat exponere. Spem, vel ſi mauis audaciam nō aliunde quàm à cauſa, & tua tum æquitate, tum bonitate præſumpſi. Agitur cauſa Catholicæ Theologiæ, an virorum in ea doctiſſimorum vbique receptæ ſententiæ debeant pro paucorum vnius gentis tumultuantium arbitratu damnari. Agitur cauſa ſedis Apoſtolicæ,

quam

ua m cùm *D. Kelliſonus* violatæ diuinæ le-
gis inſimulâſſet, in ea defendenda, macu-
áq; tam fœda diluendâ, liber quem Cen-
ſura infeſtat vterq; piè eruditéq; verſatur.
Agitur ſummi Pontificis ſupremi in terris
poſt Deum Iudicis dignitas, quam Cen-
ſores violarunt, dum cauſam ſub illius iu-
dicio pendentem, ſibi definiendam ſumũt,
ſuamq; ſententiam illius præferunt. Agitur
cauſa Eccleſiæ Anglicanæ, quam Fidei (in-
ter tam longæ perſecutionis aculeos & e-
quuleos) conſtanti Confeſſione nobilem,
Martyrum pro ſummi Pontificis auctorita-
te euiſceratorum ſanguine dealbatam, *Kel-
liſonus* non ita in ſuam matrem pius deho-
neſtat, ſuo Viro non adunatam, ſuo Sacer-
doti non cohærentem, ſine Paſtoris ductu
vagam, deniq; Catholicæ gregis & Eccle-
ſiæ nomine indignam proclamat. Agitur
cauſa Regularium, quorum ſtatum Deo,
Eccleſiæq; vinculis votorum inſolubilibus
conſecratum, ſub ſtatus Curatorum & ſæ-
cularium Sacerdotum religione, deprimũt,
Regulareſq; licèt ex inſtituto Hierarchi-
zent, purgent, illuminent, perficiantque

 mor-

mortales, tamen extra Hierarchiam eijciunt, & ne infimo quidem miniſtrorũ Hierarchizantium gradu conſiſtere patiuntur. Agitur cauſa Angelici Doctoris, cuius doctrinam de Confirmationis Sacramẽto nõ neceſſario, ſed tantùm perſalubri, & non contemnendo, de Religioſo ſtatu qui ordinatur ad prædicandũ Curatorum ſtatui præferendo, in his duobus libellis ignominioſiſſimè damnant: imò ſex ſeptemúe propoſitionibus, quas Sanctus Doctor tradit in terminis, temeritatis, præſumptionis, blaſphemiæ, hæreſeos, notæ inuruntur. Agitur, inquam, *S. Thomæ* cauſa, hoc eſt Eccleſiæ Catholicæ vita & ſalus, vel hoſtium teſtimonio, quorum vnus *Bucerus* Apoſtata hoc ſancto Duce expertus Chriſti aciem inuictam exclamauit: *Tolle Thomam, & diſsipabo Eccleſiam.*

Iam ſi Theologiæ Catholicæ, ſi Sedis Apoſtolicæ, ſi Eccleſiæ Anglicanæ, ſi ſtatus Religioſi, ſi Doctoris Angelici patrocinium in me ſuſcepi, cur de tua ope mihi adfuturâ diffidam? Cur te mihi Patronum, & Aduocatum non pollicear? hoc eſt, quî

credam

edam defuturum Theologiæ Catholicæ rincipem, Catholicæ Eccleſiæ Theologũ, edı Apoſtolicæ Palatıj Apoſtolici Magi-ſtrum, Eccleſiæ Anglicanæ à gente An-glorum iam olim à Maioribus oriundum, tatui Religioſo ordinis Regularıũ in Ec-cleſia longè clariſſimi eminentiſſimum mé-orum, denique Doctori Angelico, Scholæ llius Cherubicum propugnatorem, qui terreſtrem illum Paradiſum in quo *Lignum vitæ* flammeo ſcientiæ zelo cuſtodis.

Suſcipe igitur R^{me}. Pater, Spongiæ noſtræ patrocinium, quâ maculæ Regula-ribus *Angliæ*, *Hiberniæq́;* (in quibus non pauci tui Ordinis) aſperſæ eluuntur, hoc eſt, Chriſti præcones, Eccleſiæ Paranym-phos, Fidei pugiles, ſalutis Auctores in a-nimarum meſſe non ad ſudoris tantùm, ſed etiam ſanguinis decurrentis effuſionem o-perantes tuere, quorum famam non ipſis, ſed alijs neceſſariam maleuolorum morſi-bus delibari ne patiare. Aduerſus *Richerij* (qui noui Schiſmatis in *Gallia* nouus Au-thor) Nomen, ſub quo Cenſuræ Authores militāt, patere tuum RICHARDII No-

men

men vexillo noſtro inſcribi. Tui Nominis auctoritate damnetur inſolens facinus, nouum injuriæ genus, ante hoc tempus inauditum, viros linguæ Anglicanæ ignaros, nec illius Eccleſiæ iudices, de libris quos ne quidem legere poterant iudicandi Prouinciam ſibi deſumere; Theologos, vitæ inſtituto Regulares, Theologiæ profeſſione ornatos, librorum aduerſus hæreſim ſcriptione non obſcuros, de re Catholicâ, de ſalute animarum optimè meritos, pro ſummi Pontificis auctoritate dimicantes, vincula ſuſtinentes, ſanguinem ſudantes, velut Hæreticos ex Idiotiſmorum linguæ ignoratione, & verborum in ſeciorem ſenſum peruellicatione proſcribere: deniquo, (quod vel barbaria non ſolet facere) damnare inauditos, pro ſe reſpondendi copiâ ademptâ, non alio quàm maleuolorum teſtimonio conuictos, libros de quibus quæſtio, interpretantibus inimicis, qui vt dãnarentur odioſis criminationibus, mendacijs, periurijs cælum terræ miſcebant. Si ſimilibus exemplis Catholici viuere incipimus, quid ſupereſt niſi vt Eccleſiæ filij in-

ter

:r :e *Andabatarum* more cæco impetu pu-
nent, libros alienæ gentis ſinguli pro ar-
itrio damnent, Anglicos Galli, Gallicos
Hiſpani, Hiſpanicos Itali, Italicos Germa-
ni, Germanicos Poloni, Polonicos Belgæ,
Belgicos Scoti. Quis hic non exardeſcat,
qui Eccleſiam Catholicam, hoc eſt, illius
concordiam & vnitatem cupit incolu-
mem?

Quapropter mihi rem pernicioſi exē-
pli, prodigium improbitatis in Eccleſiæ in-
teritum niſi citiùs opprimatur graſſaturū,
in ipſo ortu obruere conanti, tui Nominis
vim monſtris inſcitiæ inimicam, tuæ dex-
tram auctoritatis accomoda. A cenſurâ
quam cæca in Regulares maleuolentia tur-
bulentis efferata affectibus, ratione iudi-
cioque deſtituta pronunciauit, confugi-
mus ad Pontificium *Rationale Iudicij*, cui
Doctrina, & *Veritas* indelebili charactere
inſcripta. Hoc ego diuinæ poteſtatis inſi-
gne, ſapientiæ cæleſtis oraculum, totius æ-
quitatis regulam veneratus, tua ſi placet
manu ad illius Sanctiſſimos pedes, non ſo-
lùm Cenſuram Pariſienſem, ſed vnâ meam
etiam

etiam reſponſionem humillimè proſterno. Hinc ſententia prodeat quæ Controuerſiā finiat, diuina cenſura humanam emendet, *Rationale* bruto imperet, *Iudicium* temeritatem reprimat, *Doctrina* inſcientiam inſtruat, falſitatem *Veritas* ſuâ luce diſpellat. Te verò R.me Pater Deus Eccleſiæ ſuæ diu ſeruet incolumen, vt eam indies tuæ ſapientiæ luce magis ac magis illuſtres. Quod ſi intelligo munuſculum hoc meum tibi gratum accidiſſe, non leui beneficio me tibi obſtrictum profitebor.

R.mæ Paternitatis tuæ,

Obſeruantiſſ. in Chriſto ſeruus,

Hermannus Loemelius.

APPROBATIO.

HIc Liber, qui Spongia inſcribitur, quâ orthodoxè ac ſolidè diluuntur Calumniæ, ab eruditiſſimo Viro, Domino *Hermanno Loemelio* Eccleſiæ Cathedralis Audomarenſis Canonico Theologo, contra Librum Danielis à Ieſu, *De Regimine Sanctæ Sedis Apoſtolicæ &c.* cum Appendice, & Paratheſi annexis, ſingularem Chriſtianæ Veritati lucem affert, ad maiorem Reip. Chriſtianæ vtilitatem, maximam verò omnium Catholicorum conſolationem in Angliâ habitantium. Quare vtiliſſimum iudico, vt in publicum prodeat. Quod teſtor hac die 3. Maij, Anni 1631.

Franciſcus de Latre Canonicus & Archipresbyter Audomarenſis Lib. Cenſor.

Alia Approbatio.

HIc liber qui *Spongia* inſcribitur, quo gliſcenti inter Angliæ Catholicos Schiſmati obuiam itur, ab eruditiſſimo viro, Domino Hermanno Loemelio Eccleſiæ Cathedr. Audom. Canon. Theol. ad Catholicorum ſolatium vtiliter imprimi poterit.

Actum Bruxellæ 23. Maij 1631.

Ioannes Boucher S. Theol. Doctor Sorbonicus. Canon & Archidiaconus Tornacenſis, librorum Cenſor.

PRÆFATIO.

OLIM dum Romana ſuperſtitio vigeret, Februario Menſe Lupercalia celebrabantur, in quibus Luperci (qui nudi, ſoliſque præcincti ſubligaculis, per Vrbem diſcurrebant, & ſcuticâ obuios feriebant) Canem ſolemni ritu immolabant. In cuius facti rationem inquirens, diuinanſque (a) *Plutarchus*, Λύκος, inquit, *Lupus*; & Λυκαῖα *Lupercalia*. *Canes igitur lupis inimicum animal Lycæis immolantur: aut quia Lupercos per Vrbem diſcurrentes allatrant & vexant*. A Kalendis Februarij huius anni 1631. in diem decimam quintam eiuſdem, Magiſtrorum Pariſienſium quidam frequentibus coitionibus Cenſuram peregerunt, quâ duos Libros Anglicè ſcriptos, & quoſdam voce tantùm prolatos (vt prætendebatur)

(a) *Plut. quæſt. Rom. q. 68.*

in Hibernia ſermones, diris deuouent. Si verba Cenſuræ ſpectes, Regulares geminæ Gentis infamiâ mactant; ſi mentem Cenſorum, per horum latera petuntur vniuerſi, nec in vllos mitiore ſunt animo quàm quos voce violarunt. Quoſdam Magiſtros dixi, non *omnes*, quia libenter ſecerno lucem à tenebris, roſam à ſpinis, triticum à paleis, viros inquam excipio, quos illâ Vniuerſitas habet doctrina illuſtres, probitatis opinione præſtantes, Galliæ ornamenta. Ab illo turbulento conſeſſu ſe nonnulli ſubduxerunt, multoque plures cùm vellent adeſſe, ne veritas & iuſtitia ſuffragiorum numero vinceret, excluſi ſunt. Nimirum, vt ille Pictor (b) *qui gallum inſcitè depinxerat, puerum iubebat veros gallos à tabula quàm longiſſimè abigere*: Ita noſtri Cenſores, cùm de rebus fidei Cenſuram, hoc eſt, Gallicæ pietatis & ſapientiæ ſpecimen ederent, quod ſciebant inſcitum, ineptum, fœdum, informe, veros Gallos, hoc eſt, verè *Chriſtianiſſimos* puræ fidei Catholicæ medullitùs amantes, Gallicæ pietatis & ſapientię per Chriſtiana ſęcula ſemper illuſtris viua exempla, à ſuo cœtu longiſſimè

(b) *Plut. de adulatoris & amici diſcrimine.*

giſſimè abegerunt.

2. An myſterio vacat, quòd menſe hoc Februario factum, quo Lupina ſacra colebantur olim, in ijſque Canes immolati? Si oues fideles, lupi hæretici, Paſtores Epiſcopi, Canes, quos lupi peſſimè oderunt, Regulares eſſe quis negauerit? Nihil notius mundo, quàm (c) odium Hæreticorum in Religioſos præſertim in Ordinis Ieſuitici Patres, quod verbis, ſcriptis, factis, & omni, qua poſſunt, acerbi animi ſignificatione manifeſtant. Quid igitur? An noſtri Cenſores Luperci, eorumque decreta Lupercalia? Sanè ex animo opto eos eſſe à luprorum ingenio quàm alieniſſimos Chriſti oues Vicario ipſius Petri ſucceſſori, fidelium omnium ſummo Paſtori in hac vita humiliter ſubditas, vt in die iudicij ad dexteram ſtatui mereantur. Non ignoro tamen, quę (d) viri optimi & ſanctiſſimi in Gallia gemant; quid literis & libris mandatū ſit, quid Eminentiſſimus Cardinalis Peronius in Comitijs, hoc eſt in Gallię luce dixerit: Reperiri etiam (e) Eccleſiaſticos, qui votis hęreticorum perficiendis opimam operam nauant, Cenſuriſque

(c) Vt eruditè oſtēdit Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Rochefouchaut libro qui dicitur, *Raiſons pour le deſance &c. c. 18. & 19.*

(d) Cōtra Richeriſtas Galliæ Schiſmaticos qui dominantur in Sorbona librum ſcripſit Cardinalis Rochefouchaut *Vide Præfcius & ſec. 24.*

(e) *Harāgue &c. par Monſ. le Gard[...]*

temerarijs viam (f) Schiſmati aperiunt, Quinam autem? *Qui primi authores*, inquit, (g) *huius articuli, qui modo proponitur, qui abhinc octo annis nouã operum Gerſonis editionem fieri curarunt, cum inſcriptionibus, imaginibus, elogijs eo quòd ſibi perſuadeant, eum cõtra ſummum Pontificem ſcribere.* & paulò poſt, cùm recitaſſet quaſdam Pariſienſium theſes ſanè in Reges atroces, concludit: (h) *Homines vehementis ingenij poſtquã in vnum extremum abrepti fuiſſent, medium tenere neſcientes, rationem ſeſe a præterito crimine purgandi optimam fore putarunt, ſi ſe ad alterum extremum conferrent, & contra Papam ſcriberent, & (i) pugnarent.*

3. Alterum teſtem, vt in ore duorum ſtet hoc verbum, cito (k) librum recentiùs ſcriptum Anno 1623. Pariſijs editum, & Cancellario Franciæ inſcriptum, qui queritur aptioribus adhuc ad noſtrum propoſitum verbis. *Noſtrum*, inquit, *ſæculum abundat ingenijs, quæ nutrita fuerunt & excitata ductu quorundam, qui libenter Eccleſiam, portâ, quæ ducit ad hæreſim, egreſ-*

nal du Peron &c. A Paris par Anthoine Eſtiẽne Imprimeur du Roy pag. 127.

(f) Abuſent de tous rencontres par le deſſin qu'ils ont, de faire Schiſme en l'Egliſe. *Card. Rochefouchaut, præ.*

(g) *Pag.* 136.

(h) 139.

(i) 140.

(k) la Delegation des Religieux par F. I. D. P. P. dedié a Monſeigneur le Cãcellier de Frãec.

ſi reliquiſſent, niſi quod aureis beneficiorum vinculis, & ſplendidarum menſarum lotho, corpore non animo retenti ſunt; horum diſcipulos quotidie videmus prauarum opinionum, quibus Magiſtri tenebantur, hæredes (ſicut pulli Serpentum licet ſtatura breuiores, tamen veneno æquales ſunt, & catuli luporum grandioribus crudelitate nõ cedunt) qui Regulares non pungere, non mordere non poſſunt. Ecce quid dicunt tres teſtes omni exceptione maiores, ex quibus duo Cardinales; in Gallia reperiri Eccleſiaſticos, in his autem eſſe operum Gerſonis Editores, ſpecie Catholicos Sacerdotes, animo Hæreticos, hoc eſt, Lupercos, Luporumq; Myſtas.

4. Si Cenſores fidem adhibuerunt neſcio cui ſe dicenti Rectorem Eccleſię S. Michaelis in Dublinia, quem ſuus ab officio ſuſpenderat Epiſcopus, & alteri Sacerdoti ob malos mores è quodã Religioſo Ordine emiſſo, affirmantibus propoſitiones (quas ipſi tamquam Regularium damnare geſtiebant) ſanè inſulſiſſimas, quas nemo mentis compos affirmaret, paſſim à Regularibus in Hibernia doceri; hoc qui fecerint, mi- *Cenſura pag. 5. & 6.*

 hi

hi ſuccenſere meritò non poſſunt, ſi credam S.R.E.Cardinali, quem *harum rerum fuiſſe peritiſſimum, nemo niſi inſulſus negare poteſt*, vt verbis vtar D. Philippi Coſpeami Nannetenſium Epiſcopi epiſtolâ ſua Apologeticâ p. 4. ſi credam, inquam, quòd tota Galliâ audiente pronunciauit, aliquos Eccleſiaſticos, nominatim qui Gerſonis opera nuper edi curarunt, (quos fuiſſe ex Sorbonæ Richeriſtis nemo neſcit) eſſe Pontificiæ poteſtatis hoſtes, (l) libros impios in Regum coronas & ſanguinem colere & adorare, modò aliquid contineant, quod perſtringat ſummi Pontificis poteſtatem. At in melius, poſt Cardinalis orationē dictam & editam mutari potuerunt; potuiſſe non nego, vt factum ſit, voueo. Ac vtinam nihil eſſet, quod (m) huius rei dubitationem ingerere poſſet.

(l) *Harãgue &c. pag.* 136.

(m) *Videatur liber Cardinalis* Rochefaut *ſect.* 22.

5. Quocirca Cenſorum animos Deo iudicandos relinquo: nihil ipſis Lupinũ imputo, tamen cenſuram, qua (n) Regularium famam immolarunt, Lupercale ſacrum fuiſſe, audacter dico; & ſacrificium, quo nullum lupis iſtis, hæreticis ſcilicet, gratius hactenus oblatũ.

(n) Ceſt la condēnatiõ des Catholiques

Eliza-

Elizabetham Angliç Reginam dicere ſolitam ſcribit non nemo, ſibi nullum odorem gratiorem accidere, quàm qui ex putri proditoris cadauere exhalaretur: vocem eâ indignam, cui ſexus & ſors clementiam imperabat. Sed hoc odium poteſt, quo pluſquam Vatiniano in Regulares hæretici cùm flagrent, quã ſuauiter nares eorum afficiet nidor & odor mali nominis, qui ex damnatis in Sorbona Regularium propoſitionibus, & libris cum fumo famæ erumpet, orbemque peruagabitur? Quomodo tetro odore concitati *Vultures*, vndique ad hoc Sacrificium confluent? Quanto cum hoſtium Eccleſiæ gaudio Cenſura excipietur? Et adeo cum quanto Catholicorum omnium, qui ſapiunt, luctu, damnatio inquam Regularium, qui apud Angelos Hibernoſque aduerſus hæreſim vſque ad vincula & ſanguinem certant? Tantum gaudium ſibi accidere poſſe Hæreſis numquam credidiſſet, vt quos ipſa ferro perſequitur, hos Vniuerſitas, quæ ſe Catholicam dicit, ſuç Cenſuræ mucrone confonderet, vt hoc facto Sorbonici hæreticorũ (qui pro ipſis publicè orant) non mo-

qu'ils recherchẽt, & nõ pas la condẽnation de la doctrine que (les Richeriſts) reclament.

dò ſpem, ſed etiam propemodum vota ſuperarint.

6. Quando imminet periculum animabus præſertim integræ gentis, etiamſi cauſa ſuppetat, tamen parcendū Cenſuræ, monet Auguſtinus, cuius (o) hæc verba ſunt. *In huiuſmodi cauſis, ubi per graues diſſentionum ſciſſuras nō huius aut illius hominis periculum agitur, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis charitas ſyncera ſubueniat.* Diuina lex habet Exod. 21. v. 22. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, & ipſa vixerit, ſubiacebit damno: ſi autem eius mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima.* Quæ ſanè lex pœnam infert, etiamſi fortaſſis qui percutit, iuſtæ indignationis cauſam habuerit, & mors præter illius mentem, neque ſola vulneris vi conſecuta ſit; videant Pariſienſes an non in ſimili facto verſentur. Sancta Religio Deo *votis monaſticis* conſecrata olim Angliam Chriſto peperit *Benedictina familia* nobiliſſimū partum; eadé modò hæreſi perditā ad melio-

(o) *Aug. epiſt. 50. & habetur 23. q. 4. Cap. ipſa pietas.*

meliorẽ fidei frugẽ reducere conatur, nec verbis modò, ſed factis & laboribus, ſanguine etiam perfuſis, dicit cum Apoſtolo, *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Quid autem? Rixati ſunt viri, inter viros ſæcularis & Regularis Cleri in Gallijs orta diſcordia eſt, quam libri teſtantur, nonnullique ex ſæculari Sorbonæ Clero odio in Regulares ſuos, in Religionem Monaſticam in Anglia, Hiberniáque laborantem, protenſo vltra Oceanum brachio ictum porrigit. An non percuſſêre prægnantem, imò parturientem, partuique iam proximam, & in Dominę noſtrę *vinculis* (vt loquuntur) iacentem? Quid ſi percuſſa abortiat, ſi filios, quos tamdiu cum labore parturijt, mortuos effundat, an non *animam pro anima reddent* apud Deum iudicem huius ictus authores?

7. Conchæ marinæ geniali anni tempore aperto ore ſideribus inhiant, indeq́ue rorem purum lucidumq́; hauriunt, qui duratur in margaritam, quem Latini Vnionem vocant, tanti pretij (p) vt Mercator Euangelicus vni comparandæ omnia ſua impenderit. Quòd ſi

(p) *Mat.* 13. *Plin. lib.* 9. *c.* 35.

dò ſpem, ſed etiam propemodum vota ſuperarint.

6. Quando imminet periculum animabus præſertim integræ gentis, etiamſi cauſa ſuppetat, tamen parcendũ Cenſuræ, monet Auguſtinus, cuius (o) hæc verba ſunt. *In huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſentionum ſciſſuras nõ huius aut illius hominis periculum agitur, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis charitas ſyncera ſubueniat*. Diuina lex habet Exod. 21. v. 22. *Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem pragnantem, & abortiuum quidem fecerit, & ipſa vixerit, ſubiacebit damno: ſi autem eius mors fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima*. Quæ ſanè lex pœnam infert, etiamſi fortaſſis qui percutit, iuſtæ indignationis cauſam habuerit, & mors præter illius mentem, neque ſola vulneris vi conſecuta ſit; videant Pariſienſes an non in ſimili facto verſentur. Sancta Religio Deo *votis monaſticis* conſecrata olim Angliam Chriſto peperit *Benedictina familia* nobiliſſimũ partum; eadẽ modò hæreſi perditã ad melio-

(o) *Aug. epiſt. 50. & habetur 23. q. 4. Cap. ipſa pietas.*

meliorē fidei frugē reducere conatur, nec verbis modò, ſed factis & laboribus, ſanguine etiam perfuſis, dicit cum Apoſtolo, *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Quid autem? Rixati ſunt viri, inter viros ſæcularis & Regularis Cleri in Gallijs orta diſcordia eſt, quam libri teſtantur, nonnulliq́ue ex ſæculari Sorbonæ Clero odio in Regulares ſuos, in Religionem Monaſticam in Anglia, Hiberniáque laborantem, protenſo vltra Oceanum brachio ictum porrigit. An non percuſſêre prægnantem, imo parturientem, partuique iam proximam, & in Dominę noſtrę *vinculis* (vt loquuntur) iacentem? Quid ſi percuſſa abortiat, ſi filios, quos tamdiu cum labore parturijt, mortuos effundat, an non *animam pro anima reddent* apud Deum iudicem huius ictus authores?

7. Conchæ marinæ geniali anni tempore aperto ore ſideribus inhiant, indeq́ue rorem purum lucidumq́; hauriunt, qui duratur in margaritam, quem Latini Vnionem vocant, tanti pretij (p) vt Mercator Euangelicus vni comparandæ omnia ſua impenderit. Quòd ſi

(p) *Mat.* 13. *Plin. lib.* 9. c. 35.

dum cælo ſe pandunt, roremque ſugunt tonuerit; pauidę ac repentè compreſſæ, quæ vocant *phyſemata* efficiunt inanem ſine corpore ſpeciem concharum ſcilicet abortus. *In Margaritis* (inquit (q) Origines) *poſt Indicas proximum locum tenent, quæ ex Oceano Britannico capiuntur*, ſed nobiliores in ipſo Angliæ regno, vbi innumeræ Chriſti ſanguinæ redemptæ mētes marinis merſæ vorticibus auidæ lucis æternæ ſaluiſque hauriendæ rori inhiant, quem ipſis Regularium prædicatio è celo infundit. O Pariſienſe Tonitru, animarum ſaluti funeſtum, Chriſti ſanguini inimicum, quot conchis, vt abortiant, in cauſa eris! Quot gemmas cæleſti inditas luce perdes! quot *vniones* ad Eccleſiam ſanctam iam pæne perfectas obrues inaneſque reddes! Nam quamuis *brutum ſit fulmen*, nec niſi inane murmur, quo Regularium propoſitiones vt erroneæ, hæreticę, blaſphemæ damnantur; tamen ſimplices terrebuntur, retrahent ſeſe & comprimerit, nec libero corde, hoc eſt bono & optimo doctrinam admittent, metu ne loco roris venenum hauriant. O ſæua fulmina, non in hominem miſſa

(q) Orig. in cap. 13. Math. Tom. 2. prope initium.

ſed

ſed Chriſtum, *peccantes in fratres & percutientes conſcientiam ipſorum infirmam, in Chriſtum peccatis; Væ homini per quem ſcandalum venit: qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui credunt in me, expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* 1. Cor. 8. 12. Math, 18. 17.

8. Sed hęc illi curant ſcilicet. Igitur queſtus omittendi, de remedio cogitandum, & in acie aduerſus calumniam pro veritate ſtandum: *Quiſquis*, inquit Auguſtinus, *à vitijs vitam ſuam cuſtodit, ſibi benefacit; quiſquis autem etiam famam, & in alios miſericors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra; propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis, propter alios, fama noſtra non pollui, ſed pollere debet. Vnde qui conſcientiæ fidens famam ſuam negligit, crudelis eſt.* Qui nos aggreditur vltroque prouocat, cum repercutere *lege eſſe non ſcriptam ſed natam*, Romanus dixit Orator, *ad quam non inſtituti, ſed imbuti ſumus*: multoque ſapientiùs Romanus Pontifex, vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittunt. In rem autem, quam agi- *Auguſt. de bono viduitatis cap. 22. & ſerm. 52. ad frat. in cremo.* **Cap. Significaſti, de homicid. cap. Si vero de ſent. excōmun. c. Olim de reſtit. ſpoliat.**

Epiſt. ad Pămach. aduerſus errores Ioannis Hieroſol.

mus, accommodatiſſimè Hieronymus, *Nolo in accuſatione hæreſeos quęquam eſſe patientem, ne ſi taceat, diſſimulatio conſcientia iudicetur*. In Regularium Ordines geminæ gentis Hiberniæ, Angliæ nulla neceſſitate adacti, nulla iniuriâ prouocati, vltrò ac animi causâ, non tantum quæſita occaſione, ſed violenter arreptâ incurrere voluerunt. Reſtat vt ſentiant, non omnes canes vno Lupercali ſacrificio abſumptos, adhuc vtrique genti ſupereſſe Moloſſos, qui remordeant, qui lupos quacumque demum veſte ſe tegant, nedum nudos iſtos Lupercos impetere audeant. Luperci veſte abiectâ leuiculi homines per vrbem tripudio diſcurrebant; vnde etiam Salij dicebantur, & obuios quoſque ſcuticâ feriebant. Ita Cenſores depoſitâ verecundiæ veſte fædam Academiæ, qua parte ex ipſis conſtat, rerum Theologicarum inſcitam orbi Catholico oſtentant, obuias quaſque ſententias Cęſurarum ſcuticâ ſtatim feriunt, quæ ſunt nonnumquam ſanctorum Patrum, ſępè, ſępiùs grauiſſimorum Theologorum, *S. Thomæ* imprimis, imo non ſemel in dogma, quod non negant eſſe omnium Theolo-

gorum,

gorum, ſcuticam ſuam infligunt. Auſim dicere, nullam eſſe Catholici orbis vniuerſitatem, in quam non incurrerint, imo vix vllum reperiri Theologum, cuius aliquam ſententiam hæreſeos non damnarint.

9. Igitur cùm genio Iſmaëlitico ſint, manuſque ſuas in omnes extenderint, quid aliud exſpectare debent, quàm vt omnium manus & tela in ipſos vertantur? Hiberni ſat ſcio ſibi non deerunt, vt artificium Regularibus infamiam creandi, quo nullum maliciosius, nullum impudentius, Orbi Catholico prodant. Nos cenſuram, quam tulerunt aduerſus Danielem à Ieſu, diſcutimus, in quem ferociùs inuolant, non quòd *ſimpliciùs blaſphemet*, ſed quòd Aduerſarios ſubtilibus, & Gordio ſimillimis nodis implicet, quibus fortiſſimè conſtricti, cùm ſe explicare neſcirent, ad Pariſienſium Cenſuram, tamquam ad Alexandri gladium confugerunt. Igitur hoc primùm diſcutiatur, Pariſienſium Cenſurę quanta ſit authoritas, deinde Cenſuris ipſorum ad ſingulas propoſitiones de verbo ad verbum poſitis Spongia adhibenda. Vtrumque præſtare conabimur perſpicuo,

cuo, ſed rudi & inornato ſtylo. Vt Romani nouæ nuptæ crines haſtæ cuſpide diſcriminabant, quo intelligerent bellicoſis maritis traditas, muliebrem ornatum negligere oportere: ita oratio, quæ Theologicæ diſputationi ſeruit, militaris ſit, non molli artificio compta, nec alio, quàm haſtę cuſpide, hoc eſt, argumentorum robore ornata,

CAPVT I.

Octo rationes declarantur, ob quas Cenſura Pariſienſes, cætera Eccleſia tacente, lata, nihili fieri debent.

(a) De ſanitate tuenda.

SCRIBIT (a) *Plutarchus* Phrynem, neſcio quam quæ olim propter inſignem formam in pretio fuerat, ætate iam grauiorem dicere ſolitam, ſe fæces propter nobilitatem ſuam pluris vendere. Angli, qui libris editis Regulares ſuos impugnarunt, non abſimili perſuaſione ducti, hanc Pariſienſem Cenſuram videntur expetiiſſe. Non neſ-

ciunt

ciunt eruditione deſtitui, ſcatere calumnijs, in eâ Patrum dicta, Theologorum ſententias temerè damnari, tamen fæcem celebris Academiæ ſperant magni eſſe faciendam. Nimirum inania Cenſurarum nomina ambiunt, quibus ſolida defenſionum prȩſidia non ſupperunt: luce palàm conuicti *fumum orbi vendunt*, quo lucem eripiant, ne victi videantur. A ſinceris fidei Cenſoribus confugiunt ad eos, à quibus prȩſtantiſſimos huius æui Scriptores de Catholica Eccleſia optimè meritos cõſtat eſſe damnatos, vel inuidiæ flammâ ambuſtos, Pontificiâ regiaque poteſtate ægrè furentibus ereptos: (non ſolùm Cardinalem Bellarminum, ſed & Rochefouchaut, vnáque 42: *Galliæ Archiepiſcopos & Epiſcopos* quos damnâſſent, niſi pietas & authoritas Regis, perniciosi facinoris violentum impetum (g) fregiſſet. In hos igitur ſcriptores Anglos qui huc confugiunt, meritò Martyris Angliæ clariſſimi verba vſurpem: *profectò declarant extrema ſe fortunâ confligere, & rebus deſperatis & perditis experiri duriſſima velle atque vltima.*

(g) *Raiſons pour le deſanen. in Præfat.*

Non

Nos autem ſicut olim Sorbonæ celebre fuiſſe nomen agnoſcimus, iudiciumque in pretio habitum, ita poſtea paulatim illius authoritatem euiluiſſe non poſſumus dubitare. Nunc autem dierum, Authorem à Sorbona, reliquâ Eccleſia repugnante, vel tacente damnari non ignominiæ, ſed gloriæ ducimus, illiuſmodique Cenſuras prudētibus credimus non ſolùm non probari, ſed etiam de falſitate in fide, vel iniuriâ in Catholicos multum eſſe ſuſpectas.

Nulla Catholica Vniuerſitas, ne dum Pariſienſis priuilegium habet, ſibi à veritatis fonte conceſſum, vt in fide errare ſędè non poſſit; vnde non plus eorum Cenſuris ineſt authoritatis, quàm quantum conſtat Cenſoribus ineſſe doctrinæ fideique puritatis, prudentiæque in iudicando, Hoc ſi verum ſit, prudenti rerum exiſtimatori variæ grauiſſimæque cauſæ continuò occurent, ob quas Cenſura Pariſienſis negligi debeat, ex quibus nos octo breuiter proſequemur.

PRIMA

PRIMA CAVSA.

Facilitas, Feſtinatioque Cenſuræ.

IN Cenſuris circa fidei dogmata ferendis feſtinandum lento gradu & plumbeo pede. Hoc olim fuit ab vniuerſitate Pariſienſi diligentiſſimè obſeruatum, vt notat ipſorum Cancellarius Gerſon to 4. col. 270. *Res debet,* inquit, *ſumma maturitate & diuturna deliberatione ventilari, magis quàm approbatio vel reprobatio vnius dicti Theologici, pro cuius tamen diſcuſſione apponitur quandóque tractus anni, vel bienny, quandóq; totum dimittitur indiſcuſſum.*

A grauitate Maiorum poſteri deſciuerunt, Cenſuraque abijt in contemptum: qua de re queritur quidam Sorbonicæ facultatis Doctor his verbis, qui licet loqui videatur de Vniuerſitatibus indefinitè, tamen palàm eſt Pariſienſem definitè intelligi. *Nimis*, inquit, *ſcio quàm parum authoritatis ob nimis facilem, & nimis vulgarem Cenſuras ferendi modum Vniuerſitates habeant, maximè cum iuriſdictione careant, qua refra-*

La delegatiõ des Religieux par F.I.D. P.P. dedié à Monſeigneur le Cãcellier de France pag. 150.

refractarios ſuas cenſuras venerari cogant. Sapienter vir peracri iudicio Dominicus Bannez monet, reperiri quoſdam Theologos, *qui omnia, quæ non conſonant iudicio eorum, grauioribus cenſuris inurunt; idque tanta facilitate, vt meritò irrideātur*; verè, & in id quod dicimus appoſitè. Nam Sorbonę *facilitas* in condendis articulis, ferendiſque cenſuris ioculari prouerbio ſcholæ trito locum fecit, articulos Pariſienſium non tranſire Sequanam. Meminit huius dicti tanquam vulgaris præter cæteros Eminentiſſimus S. R. E. Cardinalis Toletus. Nam ſententiæ ipſius cum obijceretur articulus Pariſienſis, quo contrarium videbatur definitum: *Ad articulum*, inquit, *illum Pariſienſem reſponderi ſolet, non tranſire illos articulos vltra Sequanam, quod eſt ipſorum Pariſiorum flumen.*

Domin. Banez in 1. p. q. 1. art. 8. dub. vlt. concluſ. 1.

Lib. 3. de anima. q. 18.

Hic obiter animum ſubit mirari, quo cothurno elati, ſua ſe ſtaturâ metiri neſcientes, tam breuiculam falcem vltra Oceanum extendere ſe poſſe putauerint, ſuæque Cenſuræ ſubiecerint libros in Anglia, non latino ſed Anglicano ſermone ſcriptos, imo quę voce tantùm à

Regu-

Regularibus indiſcriminatim in Hibernia pronunciata dicebantur. Quid ipſis excurrere in alienam meſſem? quid iudicare alienos ſeruos? Nec tantùm *de domo in domum* contra Euangelij præceptum *migrare*: ſed etiam de Regno in Regnum ſaltitare? Non deſunt Hibernis Prælati & Epiſcopi, nec Britannis vnquã defuit Apoſtolicæ ſedis Prꝧſulum paterna cura, qui maiore quàm Pariſienſes authoritate, cùm cauſa ſubeſſet, dogmata fidei & ſaluti aduerſantia prohibuerunt, vt patet ex Breui Apoſtolico Pauli Quinti, quo Iuramentum fidelitatis reijcit.

Vt redeam ad frequentiam feſtinationemque Cenſuræ, quæ Sorbonæ authoritatem fregit ac contriuit, in hac quam diſcutimus, vide quantùm præcipitauerint. Intra ſpatium quippe duorum plus minùs menſium Cenſuram in duos libros effuderunt, linguâ ſcriptos illis ignotâ: propoſitiones numero octoginta damnatæ ſunt, vt illo temporis interuallo, quantum inter initam abſolutamque cenſuram intercurrit, ſi nihil aliud egerint, tamen ſingulis propoſitionibus examinandis ſingulos

 dies

dies non impenderint. Quis non videat in tantis temporis anguſtijs, loca Scripturarum, Conciliorum, Patrum, Theologorum, quę tot articulos attingunt, ne quidem curſoriâ lectione libari potuiſſe? Quam ſuam feſtinationem ipſimet profitentur. *Auditâ lectione*, inquiunt, *propoſitiones, in ſummam Eccleſia & fidei Catholica, Ordiniſque Hierarchici perniciem, & ſummi Pontificis omniumque Epiſcoporum Contumeliam vergere, errores intolerandos, nec non ſchiſmatum & diſcordiarum ſemina continere*, Confeſtim *iudicauit Facultas*. Quàm bene illud *Confeſtim*, cùm Feſtinatio in peiorem partem ſumi ſoleat, de properatione præcipiti, quęque nihil perficit, vt quod de Bulla Mendicantium dicit Gerſon, veriùs in hanc cenſuram quadret, emanaſſe *ſine iudicio & deliberatione*. At dicent, propoſitiones vtriuſq; libelli tam tetri eſſe & intolerādi odoris, vt confeſtim damnari debuerint, cùm nemo Catholicus præſertim paulò eruditior tam mucoſis naribus ſit, qui non ſtatim putredinem perſentiſcat. En velamentum malitiæ; ſed illud retego. Inprimis; quî credibile,

Nonnius Marcellus ex Catone. Properat qui maturè tranſigit; feſtinat qui ſic properat vt nihil agat.

le, contra tot fidei articulos homines errare fœdè craſſèque potuiſſe Theologię profeſſione claros, aut ſpontè perfideque voluiſſe pro vera fide vſque ad vincula laborantes? Qui geniti in gente hæreſi vndique infecta, Dei beneficio dicere verè cum Hieronymo poſſunt, *nos nec Eccleſiam ſcidimus, nec à Patrum doctrinâ diſceſsimus, ſed ab ipſis incunabilis catholico ſumus lacte nutriti. Nemo namque magis Eccleſiaſticus eſt, quàm qui numquam hæreticus fuit.* Propoſitiones à Catholicis & talibus viris aſſertæ, quò magis tetræ, fædæ, abhominabiles videbantur, eô erant curioſiùs examinandę, ne fortè contra authoris mentem aut verba maleuolè, improbèque exceptæ fuiſſent. Quid, quod ipſimet Cenſores diſertè affirmãt, errores in his libris præſertim Nicolai Smithęi confeſtim non apparere, ſed ad ſummum obſcurè, ambiguèque tradi, vt ipſis acerrimè tota ingenij perſpicaciâ contendendum fuerit, vt aliquid eruerent, quod Cenſura notaretur. Igitur tam difficili venatione defungi, qui tam citò & celeritèr potuiſſent, niſi quia illius, qui eſt mendacij Pater, vo-

Sermone contra Bullam mendicãtium tom. 4. pag. 483

Hieron. epiſt. ad Theophilũ aduerſus errores Ioannis Hieroſolimitani initio.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

luntas fuit,vt ipſis citò occurrerent Calumniæ, quas volebant.

SECVNDA CAVSA.

Aliorum Theologorum contemptus.

NVnquam Vniuerſitas Pariſienſis ita gloriâ floruit, quàm dum reliquas Modeſtiâ ſuperauit: quando cæterarum Gentium Theologos Regulares præſertim in pretio habuit; quando ſub ſancto Rege, Doctores ſancti, Thomas & Bonauentura, alijque ex orbis flore Pariſijs prælegebant. Poſtea ſibi ſapere cępit, Magiſterium aſſumere, Cenſuram in alios Theologos arroganter ferre, impletumque quod Propheta
Iſa. 33. v. 1. prędixit, *Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum fatigatus fueris contemnere, contemneris.* In grauiſſimorum enim Theologorum ſententias Cẽſuras tulerunt, quæ hodieque contemnuntur; doctrinaque quam damnant, ita liberè vbique ac paſſim propugnatur, vt ſi quis Pariſienſem Cenſuram obijceat, irrideatur. Poſſem huius generis plura exempla congerere; ſed duo tantum.

tantùm attingam quia principia ſunt, quibus Cenſura in hos libros propè tota innititur. Facultas Pariſienſis definiuit *errorem eſſe in fide dicere Curatos non eſſe Prælatos Hierarchicos, hoc eſt Principantes, & dominantes per primã Christi inſtitutionem*, cuius articuli teſtis eſt Gerſon contra Bullam Mendicantium Tom. 4. pag. 457. At omnes prope reliqui Theologi contra ſentiunt, non eſſe propriè Prælatos, (a) non habere dominationẽ, ſeu (b) iuriſdictionem fori externi ex vi iuris communis, ac adeo neminem excommunicare poſſe. Ioannes Maior in 4. d. 24. q. 3. in fine ſic ſcribit. *Tam Epiſcopi quam Curati ſunt de iure diuino quemadmodum Romanus Pontifex, nec aliquis prorſus homo poteſt illud ius, & illas poteſtates tollere de Eccleſia pluſquam ſummum Pontificatum, licèt Petrus Paludan. & Ioannes de Turrecremata teneant oppoſitum, ſed hoc quod ipſi tenent, cenſuit in fide hæreſim Facultas noſtra.* At Theologi hanc cenſuram ne flocci quidem faciunt (c) Turrecrematę ſententia vbique gentium defenditur, Curatos iuris diuini non eſſe, (d) Epiſcopos

(a) *Zecchius de repub. Eccl. tit. de Prælatis c. 1.*

(b) *Sayrus in Theſauro l. 1. c. 6. n. 2. qui plurimos citat.*

(c) *Vide Bellarm. de Rom. Pont. l. 4. cap. 24.*

(d) Certiùs conſtat Parochorum officium inſtitutum eſſe ab Eccleſia.

 non

luntas fuit, vt ipſis citò occurrerent Calumniæ, quas volebant.

SECVNDA CAVSA.

Aliorum Theologorum contemptus.

NVnquam Vniuerſitas Pariſienſis ita gloriâ floruit, quàm dum reliquas Modeſtiâ ſuperauit: quando cæterarum Gentium Theologos Regulares præſertim in pretio habuit; quando ſub ſancto Rege, Doctores ſancti, Thomas & Bonauentura, alijque ex orbis flore Pariſijs prælegebant. Poſtea ſibi ſapere cępit, Magiſterium aſſumere, Cenſuram in alios Theologos arroganter ferre, impletumque quod Propheta

Iſa. 33. v. 1. prędixit, *Væ qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum fatigatus fueris contemnere, contemneris.* In grauiſſimorum enim Theologorum ſententias Cēſuras tulerunt, quæ hodieque contemnuntur; doctrinaque quam damnant, ita liberè vbique ac paſſim propugnatur, vt ſi quis Pariſienſem Cenſuram obijceat, irrideatur. Poſſem huius generis plura exempla congerere; ſed duo tantum.

tantùm attingam quia principia ſunt, quibus Cenſura in hos libros propè tota innititur. Facultas Pariſienſis definiuit *errorem eſſe in fide dicere Curatos non eſſe Prælatos Hierarchicos, hoc eſt Principantes, & dominantes per primã Chriſti inſtitutionem*, cuius articuli teſtis eſt Gerſon contra Bullam Mendicantium Tom. 4. pag. 457. At omnes prope reliqui Theologi contra ſentiunt, non eſſe propriè Prælatos, (a) non habere dominationẽ, ſeu (b) iuriſdictionem fori externi ex vi iuris communis, ac adeo neminem excommunicare poſſe. Ioannes Maior in 4. d. 24. q. 3. in fine ſic ſcribit. *Tam Epiſcopi quam Curati ſunt de iure diuino quemadmodum Romanus Pontifex, nec aliquis prorſus homo poteſt illud ius, & illas poteſtates tollere de Eccleſia pluſquam ſummum Pontificatum, licèt Petrus Paludan. & Ioannes de Turrecremata teneant oppoſitum, ſed hoc quod ipſi tenent, cenſuit in fide hæreſim Facultas noſtra.* At Theologi hanc cenſuram ne flocci quidem faciunt (c) Turrecrematę ſententia vbique gentium defenditur, Curatos iuris diuini non eſſe, (d) Epiſcopos

(a) Zecchius de repub. Eccl. tit. de Prælatis c. 1.

(b) Sayrus in Theſauro l. 1. c. 6. n. 2. qui plurimos citat.

(c) Vide Bellarm. de Rom. Pont. l. 4. cap. 24.

(d) Certiùs conſtat Parochorum officium inſtitutum eſſe ab Eccleſia;

non habere immediatè diuinitùs, ſed à Summo Pontifice ſuam poteſtatem, illamque comparatiuam *Curati ſunt tam de prima Chriſti inſtitutione quã ſummus Pontifex*, etiam execrantur. Ita Pariſienſes dum pro ſuo faſtu ſupercilioque clarorum virorũ ſententias Cenſurâ notant, non tam alios quàm ſe ſuumque nomen deformarunt. *vt enim nihil amabiliùs humilitate, nihil quod ita nos hominibus, & Deo gratos reddat*; ita è contra nihil exoſius arrogantiâ, quâ vel mitiſſimi commouentur. Nam quælibet Catholica Vniuerſitas quæ modeſtis deferebat, ſuperciliosis occinere cœpit illud patientiſſimi Patriarchæ: *Numquid vos ſoli eſtis homines, & vobiſcum morietur ſapientia?* Quẽ locum aptiùs in rem de qua agimus, vertunt Tigurini, *Numquid vos eſtis hominum Vniuerſitas?* Et Vatablus, *numquid vos eſtis ſpecimen totius orbis?* Imo verò cum eodem Iob quælibet dicet: *Secundum ſcientiam veſtram & ego noui, nec inferior veſtri ſum*. Ita ſuperbia ſolet eſſe contemptui. Verè enim Chryſoſtomus: *Iis qui natura ſtulti ſunt, miſeriores ſunt arrogãtes. Æquè ſiqui-*

Henriqu. Sum de pœnit. l. 3. cap. 5. n. 6.

Hieronymus.

Iob. c. 12. n. 1. & ca. 13. n. 2.

Chryſoſt. hom. 20. in Rom.

ſiquidem riſum mouent, atque æquâ cum ipſis moleſtiâ laborant: ſed licet exhibeant non aliter quam illi, eorum tamē nemo miſeretur, quemadmodum illorū; pariter deſipiunt cum illis, veniam tamen quemadmodum illi non merentur, ſed ſolum exoſi ſunt.

Cenſuræ de qua agimus ſuperciliū, illud oſtendit, quòd doctrinam damnarunt, quam norant à Magiſtris S. Theologiæ variarum gentium expreſſè approbari. Nam cùm contra librū Nicolai Smithæi nonnulli clamitarēnt, in latinum fideliter verſus Theologis exhibitus, à Magiſtris Angliæ, Hiberniæ, Belgij, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ numero qui ſupra vigeſimum trigeſimo accedit, teſtimonium meruit Orthodoxę vndequaque ſententiæ. Hunc librum ita approbatum damnare, quid aliud fuit, quam dicere ſe ſolos ſapientes, cum ipſis Theologiæ ſcientiam viuere & mori? Ego verò prorſus affirmo. Approbatores libri Cenſoribus lōgè præferri oportere. Qua de re dubitari non poteſt, ſi modò conſtet vniuerſum parti, doctos indoctis; ſapientes credulis, accuratos negligentibus eſſe præferendos. Appro-

batores variarum ſunt gentium, Angliæ, Hiberniæ, Belgij, Germaniæ, Galliæ, Hiſpaniæ, (a) qui ſenſum Catholici orbis quodammodo exprimunt: Cenſura vnius vnicæ Gentis Academiæ eſt, de cuius authoritate dubitatur, an Sequanam ſuperet; Approbatores ad vnũ omnes doctrinâ conſpicui, qui Theologiam vel profitentur etiamnum; vel profeſſi ſunt in celeberrimis literariæ Reipublicæ Theatris, quos Catholica tot per orbem Lycęa venerantur; nonnulli etiam Prelaturâ inſignes, vel libris de Theologia, vel in hęreſim ſcriptis, non obſcuri. An Cenſores his comparandi? Suos Magiſtros omnes doctos, opinor, nec ipſa Sorbona dicet; ſi dicat, reclamabit prouerbium cuius meminit Ioannes Maior, Doctor ipſe Sorbonicus; *nec omnis Pariſienſis Magiſter eſt doctus*. Reclamabit illa Gerſonis Pariſienſis Cancellarij querela, quæ ipſum officio cedere ſubegit, cuius hodie cauſam ſupereſſe vel eamdem, vel grauiorem nemo prudens rerum æſtimator negabit. (b) *Cogor ad liberationem aliorum, vel pro conſuetudine temporis ignaros ſcientiâ, & pernicioſos moribus promouere, &* quan

(a) Quibus tres iam Germaniæ Vniuerſitates Ingolſtadienſis, Pragenſis, Paderbornenſis acceſſerunt.

Maior in 4. d. 28. q. 6.

(b) Tom. 2. pag. 826. Tract. qui dicitur, Cauſa cur Cancelarium dimittere volebat.

quandoque ſufficientioribus præponere, cùm tamen dicat Apoſtolus, nemini citò manum impoſueris. Hanc Sorbonicam turbam, in qua vel ipſis fatentibus indocti, ignari, ſtipites, peruerſi moribus (quot numero quis nouit?) coronæ Theologorum ex flore orbis collectæ, in quibus omnes ſapientiâ illuſtres, quis mentis compos anteponat? Approbatores libri Orthodoxię teſtimonium dederunt à ſe inuicem locorum interuallo diſiuncti, non pedibus alter in alterius ſententiam iuit, non vnius authoritate cæteri mouebantur. Cenſores èconttra Magiſtrorum Pariſienſium vulgus, à ſuo Decano Regularibus infenſo ducebantur in partes, temereq́; creduli præeuntem velut pecora muta ducem gregis arietem ſecuti ſunt. Deniq̀ue Approbatores accuratè librum à capite ad calcem ſinguli perlegerunt, diſputationis ſeriem, quæſtionum capita, ſententiarum, verborum, ſyllabarum, momẽta expenderunt. At Cenſorum vno alteroue fortaſſis dempto, librum integrè nullus legit, nec legere poterat, cùm latinè non extaret; A maleuolo cæteris inſcijs, nec ſi errabat corrigere valentibus,

bus, propoſitiones exceptę prę lectæq́; ſunt; Qui muneri Cenſorio præclarè ſatisfacere ſibi videbantur, ſi Decano præcinente, repeterent cuculorũ more idem prope perpetuò carmen, *falſum, temerarium, ſcandaloſum, Hierarchiæ deſtructiuum, erroneum hæreticum*. Iure igitur approbatio Cenſuram, hoc eſt, Vniuerſitas particulam, doctrina ignorantiam, ſapientia crudelitatem, perſpicax cura ſupinam in rebus maximis incuriam obruit. Itaque dum tot Catholicarum gentium Magiſtros vna Sorbonę particula contemnit, quid niſi reliquarum contemptum meretur? Cẽſores orbis qui ſe faciunt, domum repellendi ſunt, monendique de prouerbio intra ſuum, (g) *Gallus ſterquilinium dominetur*. aptè enim de talibus Gregorius, (h) *apud ſe introrſus humilitatis ſterquilinium deſerunt, & elationis faſtigia aſcendunt.*

(g) Nemo hoc Regno Galliç applicet quod eſt Regnorum Europæ nobiliſſimum, Sterquilinium intelligitur mortalitatis & miſeriæ quod quiſque domi ſuæ habet vt ex loco.

(h) *Greg. lib. 3. Moral. c. 18.*

TER-

TERTIA CAVSA.

Confuſa, & inordinatæ Cenſuram ferendi Methodus.

CEnſura ſelectim non turbatim ferenda, nec error in fide cenſeri debet, ad quem notandum non pleno conſenſu ſuffragia conſpirent. Non eſt enim Theologicæ grauitatis, non eſt prudentiæ, vt quæ ſit hæretica propoſitio Doctorum vulgus numero ſuffragiorum decidat nullo diſcrimine, docti & indocti, æqui & iniqui, integri & ſuſpecti, veterani & tyrones, canitie venerandi, & adoleſcentuli magiſtri; Quid enim, ſi pars quæ te hæreticum cupit, duobus, vel etiam vno ſuffragio alteram vincat, an neceſſitate ineluctabili hęreticus ſis? Fortaſſis ſuffragium illud, quod ſupereſt alteri parti, hominis eſt peruerſi, partibus addicti, ignari, cuius ſententia non pluris fieri quàm ſtipitis debeat. Nihil refert, *ſortem mouet ordine nemo*. Hæc Sorbonica lex. Hoc ego non dicerem, niſi ipſi ſcriberent, decretaque hinc ſua prodijſſe infamia. Audi M. Arnaldum

(a) Mag-

(a) *Oratio M Arnaldi pa.* 14. Ingenua & vera Oratio ad Regem Chriſtianiſſimum perſcripta de eo quod poſtulatur, vt Ieſuitæ reſtituantur in Regno Galliæ.

(a) magnæ in Sorbona authoritatis, & Authorem Orationis ad Chriſtianiſſimum Regem nomine Vniuerſitatis Pariſienſis, quorum alter vehementer inſtat, vt Ieſuitę eijciantur, alter ne reducantur in Galliam: hoc eſt, audi quid de ſua methodo ferendi Cenſuras, Sorbona ipſa fateatur. *Anno*, inquit, *Domini* 1589. *cum excommunicatio in defunctum Regem* (Henricum tertium) *piæ memoriæ fuit allata, & in Sorbona quæſitum eſſet, vtrum poteſtatem iſtam haberet Pontifex; continuo Doctores antiqui,* Faber Syndicus, Camuſus Chabotus, Faber Curio S. Pauli, Chauagnocus, *omneſque alij vetuſtiores, & bonæ notæ fortiter reſtiterunt. Sed benè proſpectum erat huic choragio; omnes enim Iuuenes qui apud Ieſuitas Theologiæ ſtuduerant,* Boucherus, Pichinatus, Varades, Semella, Cullius, Aubourius, *& alij innumerabiles vicerunt pluribus ſuffragijs contra verbum Dei, & omnia axiomata Galliæ.* Vides, Lector, vt ſuum de rebus fidei cenſendi morem Facultas ipſa Pariſienſis retegat. Cenſuram à confuſo Magiſtrorum vulgo ferri, in quo nihil doctus indocto, ſenior iuniori, ve-

Pag. 8.

teranus

teranus nouitio præſtet: Cenſura, quæ pluribus ſuffragijs vincit, licet à iunioribus lata & indoctiſſimis triũphat. Quàm ridiculum, omiſſâ Petri Cathedrâ, ab hac tripode, Catholicis gentibus fidei oracula petere?

Audio in cauſa damnationis horum librorum Regulares Sorbonicos prȩter vnum aut alterum, qui Richeriſticȩ factionis erant, à Conuentibus fuiſſe excluſos; aliquos etiam de facultate nobiles Doctores ſe ſpontè ſubtraxiſſe. Nihilominus, inter eos qui ſuperfuere, ſententijs certatum eſt pari propemodum vtrimque ſuffragiorum numero, cùm Cẽſuræ viginti nouem acclamarent, ſeptem ſupra viginti reſiſterent. Quæ ſi vera ſunt, ſi vel vnus ex viginti nouem damnatoribus, in alteram tranſijſſet partem, ȩquato ſuffragiorum numero libri damnari non potuiſſent. Hoc quia vnus ille fortaſſis indoctus & nullius pretij Doctor non fecit, libri ab ipſo cæli ingreſſu, ad inferos, præcipitante eos Cenſurâ deciderunt. Tam leui momento Pariſienſes Rhadamanti Catholicorum libros hæreſeos damnant in orcumque detrudunt; hoc eſt ſui leuitate decreti non a-

lijs

lijs magis, quàm ſibi infamiam irrogarit. Nam qui fieri poteſt, vt prudens quiſpiam Cenſuram non nauci faciat, in qua pars victrix alteram non niſi vnius hominis fortaſſis omnium ignariſſimi doctrinâ & ingenio deſtituti ſuffragio ſuperauit? Aliud addere libet exemplum, idque teſtatiſſimum, quo perſpicuè declaretur, quàm leuiculæ ſint nunc dierum Cenſuræ, quæ tamquam Pariſienſis ſacræ Theologiæ facultatis emanant. Rex Chriſtianiſſimus in declaratione facta 13. Decembris anno 1626. narrat F. Ioannem Teſtefort Dominicanum Theſim ſuſtinuiſſe die 26. Nouembris illius anni, qua explicabatur, quid ſacræ ſcripturæ nomine comprehenderetur. Rector Vniuerſitatis cui Theſis diſplicuerat, Comitijs factis illam nomine totius Facultatis Theologicæ damnauit die 3. decembris eiuſdem anni, tamquam ſtatutis Vniuerſitatis contrariam, & à veritate alienam. Additum eſt decreto, vt prędictus F. Ioannes Teſtefort intra tres dies ab intimatione Decreti ipſi facta, palinodiam canere publicè teneretur, ni faceret, omni iure, titulo, beneficio, libertate, ordine & gradu, quem priùs in Vni-

Extat apud Cardinalem Rochefouchaut, lib. qui dicitur. *Raiſons pour le deſaueu &c. poſt finem.*

Vniuerſitate obtinuerat, ſtatim perpetuò excideret.

Sed quid? Ille Conuentus, à quo decretum iſtiuſmodi prælatum eſt, Theologicę Vniuerſitatis nomen vſurpans ex Magiſtris artium, & Medicinæ, Theologiæ prorſus ignaris magna ex parte cõſtabat; facinus, quod Rex Chriſtianiſſimus *meritò appellat rem, quà magis pernicioſi exempli nulla ne cogitari quidem poſsit.* Et tamen huiuſmodi decreta iure Sorbonico nunc dierum conſtant, valuiſſetque in prædictum Teſtefort decretum, niſi Rex illud ſua auctoritate caſſaſſet. Cenſuras Vniuerſitatis, quæ hac methodo & ratione ſtatui poſſunt, & ſolent, quis non meritò deſpiciat, riſuque quàm reuerentiâ digniores æſtimet? In Sorbona dominantibus Richeriſtis iam fit, quod apud Athénienſes fieri Anacharſis indignabatur. *Docti cauſas dicunt, Stulti iudicant.* Vos toto Orbe Theologi ſcriptis, & ſacrarum literarum profeſſione clariſſimi, Pariſios accedite, à Richeriſtis Medicinę peritis (ſi tamen omnes periti) ſententiam pro tanti grauitate Senatus accepturi, qua vel Hęretici, vel Catholici cenſeamini.

Con-

Conſedere Duces: tu ſurgis pallidus Aiax
Dicturus dubia pro libertate, bubulco Iudice.

Hoc Decretum quo libri Anglicani proſcripti, quis nouit, an non fuerit à Richeriſticę factionis Magiſtris Artium & Medicinæ, Regularibus à ſuffragio exexcluſis, magna ex parte conſtitutum?

QVARTA CAVSA.

Vſurpatio poteſtatis ſummo Pontifici propriæ.

THeologicæ Facultates, & Epiſcopi Summo inferiores nō poſſunt propoſitiones, quæ vulgò diſputātur apud Theologos in vtramque partem, hæreticas declarare: ſi faciunt, Summi Pōtificis officium vſurpant, & ſchiſmatum anſam prębent. Hoc veriſſimū Documentū, quòd vt ſciant, multùm Pariſiēſium intereſt, non à me audiāt, ſed à ſuo Cancellario Gerſone: (a) *Aliqua* (inquit) *sūt doctrinæ palàm hæreticales apud omnes, aliæ dubiæ ſimplicibus, ſed manifeſtæ ſapiētibus, & peritis. Tertiæ veluti neutra habētes pro ſe Doctores, rationibus ad vtram-*

(a) Tom. 1. col. 385. de exam. Doct. conſid. 3.

vtramque partem probabilibus, nec in vna tantum Diœceſi vel paucis, ſed apud omnes Chriſtianos, aut longè plurimos. Eſt ergo veritas, quod in primis & ſecundis auctoritas inferiorum Prælatorum ſe extendit, & ad ſuas tantummodo In tertijs verò nequaquam, quoniam meritò dicuntur maiores cauſæ fidei propter difficultatem deciſionis cum periculo ſcandali, ideo ſunt ad Sedem Apoſtolicam referendæ Iuxta illud ſi quod ambiguum vel difficile, *vocans cauſam grandem non ratione materiæ, ſed ambiguæ difficultatis interminatione.* Deutron. 17. 8.

Ex hoc documento tria colligi poſſunt. Primum eſt, Pariſienſes cùm variantibus in Sorbona ſententijs, quæ ſit hæretica propoſitio, decidunt ad plura ſuffragia, ſuæ ſphæram poteſtatis excedere, ſummi Pontificis Officium vſurpare. Nam ſolùm poſſunt illas propoſitiones declarare (vt loquitur Gerſon) *hæreticales*, quæ tales ſunt apud omnes Chriſtianos, vel ſaltem apud omnes ſapientes, & peritos: ſed cùm variant in Sorbona ſententię, ſitnè propoſitio hæretica an non, præſertim cùm propè paria ſunt ſuffragia, non eſt *hæreticalis* apud omnes peritos & ſapientes, ſed dif-

ficilis, & ambiguę notę, atque adeò ex cauſis maioribus, quæ iure diuino & Eccleſiaſtico ad Sedem Apoſtolicam, non ad Sorbonam, ſpectant.

2. Librum Nicolai Smithei non potuiſſe à Prælatis Summo inferioribus, nedum à Sorbonicis Richeriſtis damnari; ſed illius cauſę cognitionem fuiſſe Sedi Apoſtolicę reſeruandam, hoc etiam patet. Nam propoſitiones, pro quibus ſtant Catholici Doctores, non in vna tantùm Diæceſi, ſed ſparſim per orbem Chriſtianum ſunt cauſę fidei maiores Sedi Apoſtolicę reſeruatę. Iam per Orbem Magiſtri, & Doctores librum Nicolai Smithęi tamquam vndequaque puræ, integręque doctrinę approbauerant antequam Sorbonæ præſentaretur, atque adeò propoſitiones illius à viris vbique doctiſſimis tamquã Orthodoxæ defendebantur. Erat igitur illius Cenſura libri *ex cauſis maioribus* Summo Pontifici reſeruatis, quæ non poſſunt ab inferioribus decîdi propter difficultatem & periculum ſcandali, ſeu ſchiſmatis, vt ait Gerſon.

Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cha. 10. & c. Nec licuit. diſt. 17. & cap Maiores extra. de Baptiſ.

3. Colligitur, Cenſuram Richeriſticam in librum Danielis à Ieſu eſſe vſur-

vſurpatiuam officij ſummo Põtifici proprij ac ſchiſmatis inductiuam. Sequitur clariſſimè ex dicto Gerſonis, ſi ponamus (quod negari non poteſt) hos Sorboniſtas hac cenſurâ notaſſe propoſitiones, quæ à Theologis omnium Gentiũ diſputantur in vtramque partem. Ex plurimis vnum adhibeo exemplum. Dicit Author, Regulares ſepoſitis exemptionibus, & legibus Eccleſiaſticis ſtando in iure Diuino ſubijci Epiſcopo quoad Eccleſiaſticam diſciplinam, non autem quoad votum obediẽtiæ, & obligationes ad quas ex ſolo voto tenentur. Hęc eſt doctrina S. Thomæ, Sylueſtri, Thomæ Sanchez, & aliorum plurium, quos ibi Author citat: imò alij Catholici Doctores, quamuis contrarium vt probabiliùs teneant, tamen dicunt hoc eſſe probabile, ac eſſe S. Thomæ: *Sentit* (inquit Suarez) *S. Thomas Epiſcopum non poſſe præcipere Religioſo in ijs quæ pertinent ad diſciplinam Regularem: nam ſi poſſet, eius præceptum eſſet præferendum præcepto Abbatis, etiam in illa materia, quod D. Thomas negat: vndè conſequenter ſit, Religioſum ex voto Obedientiæ non ſubdi Epiſcopo,*

Cap. 5. n. 10.

Tom. 3. de Religione lib. 10. c. 11. n. 8.

etiamſi alioqui à ſua iuriſdictione ex-emptus non ſit. Ita Suarez. Ergo clariſ-ſimi per Orbem Catholicum Theologi cenſent, Religioſos ex voto Obedien-tiæ non ſubdi Epiſcopo, ſtando in ſolo iure diuino. Et tamen hoc Sorbonici Richeriſtæ notant vt falſum, temera-rium, præſumptuoſum, Epiſcopis iniu-rioſum, ſchiſmaticum, hæreticum (a) Quocirca officium decidendi quod *ſit difficile & ambiguũ* in Religione Chri-ſtiana ſibi ſumunt, in cauſas maiores ſummo Pontifici reſeruatas irrumpunt, Catholicos Theologię Profeſſores mo-dernos, veteres, & inter eos S. Thomã, temerarium, ſchiſmaticum, hæreticum faciũt. Quid hoc niſi quantum in ipſis eſt, Schiſma conflare, cenſuramque ferre non modò contemnendam, ſed e-tiam execrandam?

(a) Similia exempla Cẽſurarũ plurima ſunt etiam in librum Nicolai Smithæi.

QVINTA CAVSA.

Turbulentia Affectuum.

THeologicæ Vniuerſitates quàm fęda decreta emittere ſoleant, ſi turbulentis ducantur odij inuidię que af-

fecti-

fectibus, non aliunde quàm ab ipſa Sorbona exempla petere neceſſe eſt; duo proferam ſed illuſtria. Ipſi fatentur ſe odio commotos erga Henricum Tertiũ Regem ſuum, ***contra Dei verbum, & omnia axiomata Galliæ decreuiſſe.*** O miram & diram odij vim! quæ Chriſtianos Dei verbum, Gallos omnia Galliæ axiomata conculcare fecit! Sed aliud eſt exemplum in quo veriùs omnia axiomata Galliç, non quidem contra Dei legem, ſed (quod fortaſſe mirabilius ſit) contra legem Saliquam contempſerunt. In Gallica hiſtoria nihil notius quàm Delphinum, qui poſtea Caroli ſeptimi nomine imperauit, propter cædem nefariam Ioannis Ducis Burgundiç Paternum odium incurriſſe. Vrgebatq; Philippus Dux paternæ necis vltor, vt Delphino excluſo, Regnum in Regem Angliç, qui filiam Franciç duxerat, transferretur, ***Decretum contra legem Saliquam, quo nullum teterius, aut magis perniciosum vmquam emanauit***, inquit Galliç Hiſtoricus (m) ***du Hallain.*** An huius decreti Vniuerſitas Pariſienſis auctrix vel approbatrix? Illum ipſum Hiſtoricũ audite. ***Rector, inquit, Vniuerſitatis Pariſi-enſis,***

(m) *La plus malheureux, pernicieux que fut iamais mis par eſcrit. lib. 21. n. 3.*

enſis, nomine Ioannes l'Archer Facultatis Theologiæ Doctor, ex parte totius Vniuerſitatis Reges affatus eſt, exhortans vt iuſtitiæ memores reos criminum homicidÿ & parricidas punirent, poſtulatis & precibus Philippi Ducis Burgundiæ benignas aures gratioſé præberent, & ipſius poſtulata ad effectum, & executionem perducerent. Hæc erant ſupplicantium ipſiſſima verba. Ita (n) *Du Hallain.* Si concitati odio, neque legem diuinam, neque Saliquam Francorum pectoribus, vt dici ſolet, intimè imeque infixam, penſi habuerunt, quid erit ita ſacroſanctum, quod non violabunt, vt ſuo in Regulares (o) odio inueterato faciant ſatis? Quapropter auſim dicere Gerſonem ipſorum Cancellarium numquam veriorem ſententiam protuliſſe, prudentięque, magis conformem vel digniorem, quę litteris aureo charactere in ipſis Sorbonæ foribus incidatur, quàm iſtam: Examinationem Doctrinarum Theologicæ Facultati committi poſſe, *ſi* (p) *tamen* (inquit) *Theologia illic habuerit ſuos Doctores non partiales, non ſeductos, non faſtuoſos, non inuidos, non poteſtati ſæculari, vel ſpirituali plus quàm veritati fauentes, alioquin tolerabilius*

(n) *Lib.* 21. *n.* 4.

(o) De odio Richeriſtarum in Regulares, & omnes qui amāt Eccleſiæ vnitatem *Cardinalis* Rochefaut *l.* 18. *c.* 19,

(p) *Tom.* 1. *col.* 550. *de exam. Doctrinarum* 2. *p. conſ.* 5.

lius eſſet nullos habere , quam tales pati . Apertè dicit Cenſuram cuiuſcumq́; facultatis Theologicæ reijci vt nullam, meritò poſſe , ſi Doctores ſint vel partiales , vni parti litigantium addicti vel ſeducti à maleuolis obtrectatoribus ; vel faſtuoſi , qui Catholicos Authores pro ſe dicētes ne quidem audire dignātur ; vel inuidi , qui Regularium pulpita & gymnaſia præ ſuis frequentari indignè ferunt ; vel fauentes poteſtati tēporali Regum , vel ſpirituali Epiſcoporum , ſiue Parochorum , eò quòd ipſi Parochi ſint . Mihi certè Gerſon prophetaſſe de noſtris Cenſoribus videtur, & cauſam prædixiſſe , cur Cenſuram reijcere iure merito debeamus ; cuius verba ſi velim vlteriùs exponere,& propoſito applicare, *eloquij prophetici obtundetur ſapor* , vt verbis Auguſtini vtar . Iam monui , iterumq́ue moneo , abſit vt omnes celeberrimæ Academię magiſtros damnem; ſcio non deeſſe doctrinâ inſignes , à turbulentis affectionibus alienos . Regularium Ordinibus piè religioſèq́ue addictos, probitatis exempla ,imo ſanctitatis ; ſed ——— *De ciuit. Dei l. 18. cap. 28.*

Pauci quos ardens euexit ad athe-

 ra

ra vuirts.

Cæterùm pluribus ſuffragiis Sorbonæ Cenſura perfertur, Magiſtrorum vulgo res committitur qui feruere in æmulos impotenti inuidiâ ſolent, iuxtâ illud Poëtæ.

——*Sauitq; animis ignobile vulgus.*

Sed iuuat Gerſonis verba iterum repetere, *Tolerabilius eſt nullos habere, quàm tales pati.*

SEXTA CAVSA.

Inanis Verboſitas.

Harangue faicte &c. pag. 117.

SApienter monet S. R. E. Cardinalis Peronius anathematiſmos, ſeu Cenſuras in animos hominum vim non habere, niſi ab authoritate prorſus infallibili proficiſci credantur. Conſtat autē Cenſuram ex nudo Pariſienſis Facultatis verbo, probationibus deſtituto, vim infallibilem ſortiri non poſſe, cùm falli in rebus fidei vel ignorantiâ vel malitiâ facillimè poſſint. Igitur huiuſmodi Cēſuræ in animos mortalium nullam vim habent. Quod ſi nullam vim habent, quorſum eduntur & ſparguntur in vulgus,

gus, clamore ad platearum angulos vociferantium baiulorum? Certè populo illuditur, niſi fortaſſis Cenſura vim infallibilem penetrantem in animos hominum, quam à Sorbona non habet, à clamante baiulo accipiat.——

Quod non dant Proceres, dabit Hiſtrio.

Concilia Eccleſię, quibus fidei dogmata definiuntur videmus initiò capita præmittere in quibus ſcripturarum & Patrum teſtimonia proponuntur, examinantur, expenduntur; ex his autem plenè accuratèque diſcuſſis, cenſuras ſeu anathematiſmos tamquam riuulos à fontibus deriuari. Si Concilia quorum definitioni energia irrefragabilis ineſt, tamen Scripturarum & Patrum teſtimonia præmittunt, quâ fronte Pariſienſes Richeriſtę Pithagoricum ius ſibi arrogant, vt ipſorum clamoribus probatione deſtitutis fides adhibeatur? Ius, inquam, vt vbi ipſi ſuum illud falſum, temerarium, erroneum, hęreticum intonuerint, ſtatim Catholicus ſcriptor, quiſquis ſit tamquam magico carmine percuſſus, ſuam ſententiam, ſcripturarum, Patrumque authoritate, & argumen-

mentis Theologicis comprobatam, abijciat. Sed de hac verboſa inanitate Cenſuræ ſæpius in ipſa Spongia dicendum nobis erit. Modò opponimus aſſertionem Dominici Bannes, omnium Theologorum calculó & praxi comprobatã. *Authoritas*, inquit, *Theologorum etiam multorum quando in contrarium ſtant viri docti, non plus valet, quàm vel ratio ipſorum vel ſcriptura teſtimonium comprobarit*. Si Pariſienſes irrideri non cupiunt, vel deſinant Cenſuras in viros Doctos & Catholicos probatione deſtitutas emittere, aut primò omnium in hoc Dominici Bannes pronunciatum Cenſuram ferant.

1. p. q 1. ar 8 dub. vlt. concl. 1.

SEPTIMA CAVSA.

Doctrina non ſana, circa Summi Pontificis authoritatem.

IN fidei Cenſoribus, fidei Catholicę puritatem requiri per ſe conſtat. A Cenſoribus hæreſi infectis *Sedis Apoſtolicæ, ad quam perfidia habere non poteſt acceſſum*, hoſtibus, nil mirum Cenſuras hæreſeos perfidiæque plenas emanare, quibus libri proſcribantur, in quibus

bus ſedis Apoſtolicæ procedendi modus defenditur.

Sorbonam in duas diuiſam eſſe factiones, vnam quæ de Summi Pontificis poteſtate Catholicè ſentit; alteram quę numero vincit & dominatur (a) Richeriſtarum, res eſt nota orbi. Richeriſtarũ verò hęreſis eſt, regimen, Eccleſię eſſe Ariſtocraticum. hocce optimum eſſe regimẽ, cõuenientiſſimumq́; naturę.

(a) *Card. Rochefouchaut cap. 21 & præf. & alias ſæpè.*

Summum Pontificem nihil poſſe quod ſit magni momenti motu proprio, aut Oligarchici Concilij ſuaſione, ſed Ariſtocraticum Eccleſiæ Concilium frequenter cogere debere.

Senatum aut Concilium natiuum Eccleſiæ à Domino inſtitutum, eſſe nõ modò Epiſcopos, verum etiam omnes Presbyteros animarum curam habẽtes. Etenim quondam Presbyteri Eccleſiam in commune regebant, vt Diuus Hieronymus Author eſt.

Hæc aliaq́ue ſunt Richerij dogmata quæ (b) dominantur in Sorbóna libello expreſſa, cui Titulus de *Eccleſiaſtica & politica Poteſtate*. Eiuſdem farinæ & fermenti prodijt libellus anno 1626. continens Cenſuram Facultatis Pariſi-

(b) Vide de Dominatione huius factionis ſchiſmaticæ, librũ

mentis Theologicis comprobatam, abijciat. Sed de hac verboſa inanitate Cenſuræ ſæpius in ipſa Spongia dicendum nobis erit. Modò opponimus aſſertionem Dominici Bannes, omnium Theologorum calculo & praxi comprobatã. *Authoritas*, inquit, *Theologorum etiam multorum quando in contrarium ſtant viri docti, non plus valet, quàm vel ratio ipſorum vel ſcriptura teſtimonium comprobarit*. Si Pariſienſes irrideri non cupiunt, vel deſinant Cenſuras in viros Doctos & Catholicos probatione deſtitutas emittere, aut primò omnium in hoc Dominici Bannes pronunciatum Cenſuram ferant.

1. p. q 1. ar 8 dub. vlt. concl. 1.

SEPTIMA CAVSA.

Doctrina non ſana, circa Summi Pontificis authoritatem.

IN fidei Cenſoribus, fidei Catholicę puritatem requiri per ſe conſtat. A Cenſoribus hæreſi infectis *Sedis Apoſtolicæ, ad quam perfidia habere non poteſt acceſſum*, hoſtibus, nil mirum Cenſuras hæreſeos perfidiæque plenas emanare, quibus libri proſcribantur, in qui-

bus

bus ſedis Apoſtolicæ procedendi modus defenditur.

Sorbonam in duas diuiſam eſſe factiones, vnam quæ de Summi Pontificis poteſtate Catholicè ſentit; alteram quę numero vincit & dominatur (a) Richeriſtarum, res eſt nota orbi. Richeriſtarũ verò hęreſis eſt, regimen, Eccleſię eſſe Ariſtocraticum. hocce optimum eſſe regimẽ, cõuenientiſſimumq; naturę.

(a) *Card. Rochefouchaut cap. 21 & præf. & alias ſæpè.*

Summum Pontificem nihil poſſe quod ſit magni momenti motu proprio, aut Oligarchici Concilij ſuaſione, ſed Ariſtocraticum Eccleſiæ Concilium frequenter cogere debere.

Senatum aut Concilium natiuum Eccleſiæ à Domino inſtitutum, eſſe nõ modò Epiſcopos, verum etiam omnes Presbyteros animarum curam habẽtes. Etenim quondam Presbyteri Eccleſiam in commune regebant, vt Diuus Hieronymus Author eſt.

Hæc aliaque ſunt Richerij dogmata quæ (b) dominantur in Sorbóna libello expreſſa, cui Titulus de *Eccleſiaſtica & politica Poteſtate*. Eiuſdem farinæ & fermenti prodijt libellus anno 1626. continens Cenſuram Facultatis Pariſi-

(b) Vide de Dominatione huius factionis ſchiſmaticæ, librũ

Cardinalis Roche-fou.haut qui dicitur *Raisōs pour le deſaueu &c per totùm ferè præcipuè ſect.* 24

Pariſienſis aduerſus librum *Santarelli*, cui præmittitur tractatulus Gallicè de poteſtate Papæ & libertatibus Eccleſiæ Gallicanæ, qui liquidò oſtendit quid ea pars Sorbonæ quæ *Santarelli* librum damnauit, hoc eſt Richeriſtę, de ſummo Pontifice ſentiant. Ex eo tibi Lector, exhibeo propoſitiones ſequentes, cuius generis aliæ extant innumeræ; hæ ex primo Capitulo omnes exceptæ ſunt.

Prima. Poteſtas ſpiritualis & temporalis ſunt diuino iure in eadem perſona incompatibiles Pag. 3. l. 9. & p 4. l. 8.

Secunda. Sanctum Paulum & alios Regibus fuiſſe ſubiectos, & alios Pontifices eſſe debere, etiam quoad res fidei. pag. 3. in fine.

Tertia. Pelagium (ſummum Pontificem) de hæreſi ſuſpectum Childeberto Regi Galliæ rationem fidei ſuæ reddidiſſe, & agnouiſſe quòd ſacra ſcriptura ipſum cogeret Regibus obedire. pag. 4. lin. 4.

Quarta. Summos Pontifices initio Eccleſiæ vſq; ad octo annorum centurias ignoraſſe quid eſſet Reges vel Imperatores excommunicare, quamuis Hęretici eſſent. pag. 6. lin. 28.

Quin-

Quinta. Papas debuiſſe olim ab Imperatoribus confirmari, alioquin electio valida non erat, donec Ludouicus Pius ignoranter potius quàm iuſtè, & legitimè facultatem ipſis eligendi poſuit in manu Paparum. pag. 5. lin. 4.

Sexta. Etiamſi Eccleſia habeat iuriſdictionem in Reges, non tamen in Regna: Reges ſunt intra Eccleſiã, non autem Regna; igitur Regna ſunt extra poteſtatẽ Eccleſię, & Papæ. pag. 7. lin 26.

Septima. Eccleſia verò eſt intra Regnum Quid inde ſequitur? Non modo Pontificem & Eccleſiam nihil prorſus habere poteſtatis in Regnum, ſed è cõtra, Reges habere poteſtatem ſupra Eccleſiam, ſiquidem eſt intra Regnum. Ibidem. lin. 30.

Octaua. Cùm Dominus dixit Apoſtolis, *Quæcumque ligaueritis*, non eos allocutus eſt tamquam particulares perſonas, ſed illam poteſtatẽ contulit toti corpori Eccleſiæ ſuæ. p. 8. l. 26.

Nona. Si licitum eſſet Regem excommunicare, tamen Papa Romæ hoc facere non poſſet, quia fines ſuæ Iuriſdictionis excederet. Ibidem lin. 29.

Decima. Cùm Iulius Primus voluiſſet

iſſet excõmunicationibus in Epiſcopos Orientis vti, omnes Epiſcopi reſcripſerunt, quod ibi nihil haberet videndum (ſeu ne tantillum quidem poteſtatis) eò quod eſsent extra territorium eius, & quod ſuorum ſubditorum gubernatione contentus eſſet. pag. 9. lin. 8.

Vndecima. Aliquid vlterius fecerũt, minati ſunt ipſi (Iulio primo) excõmunicationem, quam tamdem aduerſus ipſum in plenario Concilio tulerunt. Ibidem lin. 15.

Duodecima. Diuiſione Diœceſium ab Apoſtolis & eorum Succeſſoribus factâ, diſciplinam & leges Eccleſiaſticas exigere, vt quilibet Epiſcopus etiam Romanus ſuũ munus intra propriam Diœceſim exerceat, nec vllus in alterius diœceſim falcem mittat,

Hæ ſunt propoſitiones huius libelli, vt hinc conſtet quam ſanæ fidei ſint, qui cenſuram in libros Diſcuſſionis & Apologiæ ediderunt. Qui ſedis Apoſtolicæ poteſtatem anguſtis finibus circumſcribunt, offenſi ſunt libris, quorum præcipuus ſcopus eſt, oſtendere Romanum Pontificẽ habere propriam, & immediatam iuriſdictionẽ in Catholicos Anglos,

ac

ac adeo in omnes fideles, nō minus quàm in fideles Diœceſis Romanę. Pronuntiatum veriſſimū, non ſolùm Ioannis Malderi R.mi Doctiſſimiq; Antuerpiēſium Epiſcopi, ſed etiam ſancti Bonauenturæ totidem prope verbis libello, *Cur fratres Minores prædicent* initiò. *Triplex eſt* (inquit) *huius plenitudo poteſtatis, ſcilicet quod ipſe Pontifex ſolus habet totam plenitudinem authoritatis, quam Chriſtus Eccleſiæ contulit, & quod vbiq; in omnibus Eccleſiis habet illam, ſicut in ſua ſpeciali ſede Romana, & quod ab ipſo manat in omnes inferiores per vniuerſam Eccleſiā omnis authoritas, ſicut ſingulis competit eam participari: ſicut in cælo ab ipſo fonte totius boni Chriſto Ieſu fluit omnis gloria Sanctorū, licèt eam differenter ſinguli participent.* Non eſt dubium hanc propoſitionem, quam *Diſcuſſio* & *Apologia* vbiq; ſupponunt & probant, præ cunctis diſplicuiſſe Cenſoribus Richeriſtis, & huius odio quæſitis prætextibus in libros inuolaſſe.

Addo aliud non leue, malè ſanæ fidei in Cenſoribus argumentū, nimirū libros facultati Pariſienſi oblatos fuiſſe ab Elia du Freſne de Mince, in illorū damnatio-

nem

nem flagrantiſſimo ſtudio inſtante. Hic autem Ioãnis Barneſij Hæretici,ſeu hęreſiarchæ potius id eſt,nouæ hęreſis inuentoris Achates, cuius Barneſij librũ aduerſus Equiuocationẽ non modò approbauit, & à facultate Pariſienſi approbari fecit, ſed etiã in ſe ſuſcepit illius ſe fore ſi quis ſe opponeret.propugnatorem; librum conuitijs, calumnijs, mendacijs, hæreſibus, blaſphemijs ſcatentem,à ſede Apoſtolica reprobatum,quem Hæretici vbiq́ gentium velut è cælo miſſum oraculũ exoſculantur. Is igitur libros hoſce curauit damnari, qui Barneſianũ obtinuit approbari, vt ſi magnũ tunc malũ fuit à Richeriſtis Sorbonicis approbatũ,conijcias eodem auctore & incentore non niſi magnum bonum potuiſſe damnari.

Si feles vnguentorũ fragrantiâ, tigres pulſu tympanorũ in rabiẽ aguntur,quid mirũ ſi Cenſores Barneſianę fidei homines,librorũ ipſius approbatores aduerſus librũ Diſcuſſionis & Apologię inſanierint? Diſcuſſio nãq; & Apologia ſanctę Sedis boni nominis odorẽ ſpirant, illius pręconia ſonant, poteſtatẽ tuentur, iura defendũt. prudentiã laudant, charitatẽ extollunt,in Catholicorũ Angliæ regimine,

ne, tot per annorū decurias emicantē. Si Barneſius Pariſijs, quo lata eſt Cenſura tēpore, extitiſſet, ſine dubio in hos libros inuehendi facē cæteris prætuliſſet, ſuūq; Commilitonē Minciū cōſilio & omni ope iuuiſſet. Quis igitur Catholicus non ſuſpectam Cenſurā habeat, quā ſedis Apoſtolicæ iuratus hoſtis, ſi per vincula licuiſſet, procuraſſet, procurauitq; Mincius Barneſiano fermēto infectus? Zelus, qui Diſcuſſionē ſcripſit, in Anglia, vinculis coërcetur; Zelus, qui Cenſurā aduerſus diſcuſſionem procurauit, Romæ clauſus carcere cōtinetur, vt fidē Cenſuræ adhibere Diſcuſſione damnata, perinde ſit, ac credere fidē Catholicā Romæ, hæreſim in Anglia carceri mancipari, vinculiſq; conſtringi. Si Richeriſtæ Sorbonici in vtroq; libro contineri errores argumentis euincere contēdiſſent, pro argumentorū pondere Cenſura momentū authoritatis habuiſſet; Nunc cùm clamoribus tantùm perlata ſit omni probatione deſtitutis, in quibus *Mincius*, hoc eſt *Barneſius* vocem ſupra cæteros extulit, nemo verè Catholicus qui ſapit, aliâ Cenſurā lucē dignā quàm Barneſiani Carceris exiſtimabit. Nec video quî Reuerendiſſimus

Chalcedonenſis (qui ſe dicit Paſtorē Angliæ cum plenitudine iuriſdictionis Epiſcopalis) potuerit animabus Catholicorū peius conſulere, quàm confugiendo ad Cēſores, quos Richeriana & Barneſiana labe infectos eſſe nouerat, vel ſcire debebat. Quid eſſe poteſt à Paſtoris charitate magis alienū, quàm ſedis Apoſtolicæ hoſtium ouina pelle tectorum, imo vix tectorum, ſed ſuúm odium nimiū quàm palam oſtentantiū, doctrinâ imbuendos Catholicos tradere, qui pro ſummi Pōtificis authoritate patiūtur? Prudētes certè iudicabunt hoc facto, eum ſuæ cauſę tetram labem intuliſſe, iuſtamq; cauſam Laicè Catholicis præbuiſſe, ab eo ſibi cauēdi, etiamſi cōſtaret eſſe legitimè cōſtitutum. Nam Pariſienſem Vniuerſitatē (ex quo cæperunt in eâ Richeriſtæ dominari) præ cęteris Pontificiæ poteſtati eſſe iniquā, ſi neſcit, intolerandæ ignorātiæ eſt, nec poſſunt homini ita rerum inſcio animas tutò committere; ſi verò nouit ibi aquā Catholicæ doctrinæ quoad Pontificiā poteſtatē turbidè fluere, venenoq; infici, quàm pernicioſū conſiliū Catholicorum animos Cēſurarū illius facultatis reuerentiâ imbuere?

O C-

OCTAVA CAVSA.

Affectatus Error, ſeu craſſa Credulitas.

QVod Hieronymus dicit profeſſas inimicitias ſuſpicionem habere mendacij, verum eſſe quis mentis compos ignorat? Quid à ratione fingi poteſt magis alienum, quàm Catholicos Authores de fidei non tantùm profeſſione, ſed etiam defenſione laudandos damnari inauditos, inimicis & accuſatoribus & teſtibus? Hinc apparet Cenſura quàm craſſo ſit errore notabilis in propoſitiones lata, Anglico ſermone ſcriptas, ab inimicis collectas, & in latinam verſas. Damnarunt libros inauditos, quia linguam, quâ loquebantur, audire, hoc eſt intelligere non poterant, linguâ ſcriptos ignotâ proſcripſerunt velut impia, blaſphema, hæretica continentes, interprete inimico. An neſciebant Scotum Anglumque Sacerdotem, & eum quem vocant ſapientiſſimum Magiſtrum, in cauſa Reuerendiſſimi Chalcedonenſis Regularibus immani

Lib. 1. aduerſus Ruffinum.

obtrectandi ſtudio aduerſari? Si fugit ipſos, quantum obtrectatio excæcet oculos inuidorum, audiant ſanctum Gregorium monentem: *Quid aliud detrahentes faciunt, niſi quod in pulverem ſufflant, atque in oculos ſuos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant.* Cæcos cæco impetu ſecuti in foueam inciderunt. His igitur Interpretibus, his Collectoribus indignare nobiliſſima Facultas, qui te neſcientem quæ damnares, ridiculam præſtiterunt, vt tibi prouerbium illud (a) propheticum applicari poſſit, *Concepiſti ardorem & ſtipulam peperiſti:* nec mirum, quia ex Interpretis & Collectoris mendacio concepiſti. Illi Sententiarum particulis ex libro hinc inde collectis, argumentis, probationibus, explicationibus, quæ pertinent ad rem, omiſſis; nonnumquam verbis, quæ ſenſum inficiant, de ſuo additis, opinionum portenta fabricarunt, tibique tamquam Danielis à Ieſu copias obiecerunt: In illa monſtra pro genio nobiliſſimæ gentis feruenter inuecta, *ardorem vtique concepiſti*, quid pepereris pudet dicere. Reuerà enim Cenſuram ediſti, in qua

(a) *Iſaias* 33. 11.

qua non monſtra ſed ſtipulas ſiccas perſequaris, hoc eſt, ſententiarum Periodos Authoris vero viuidoque ſenſu exhauſtas; nonnumquam in menda præli nota & notata ſequis, ſæpiſſimè nobiliũ Theologorum & Patrum dicta damnas, vt ijs meritò ſuccenſere debeas, qui te induxerunt magno conatu non niſi magnas nugas agere: quod in reſponſione quę iam ſequitur non dictum, ſed probatum videbis.

PROPOSITIONES COLlectæ ex libro, qui inſcribitur, Apologia pro proceſſione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, quantum ad gubernationem Catholicorum in Anglia, durante tempore perſecutionis: cum defenſione Religioſi Status. Authore Daniele à Ieſu S. Theologiæ Lectore. Cum Spongiâ in Cenſuram.

PLacuit Cenſoribus, librum Danielis in quinque titulos diuidere, quaſi Author illa argumenta ſibi tractanda propoſuiſſet, cùm tamen nihil tale ſit. Nihilominus, methodum, quam Cenſura

ſibi præfixit, Spongia ſequetur: tantùm ſingulis titulis, & titulorum propoſitionibus ſuum numerum apponemus (quod illi facere omiſerunt) quo quid quolibet loco dicatur faciliùs inueneri poſſit.

TITVLVS PRIMVS.

De Eccleſia.

Prima Propoſitio. Ex Cap. 1. n. 2.

FAlſiſſimum eſt, ac in conſequentia periculoſum, quòd particularis Eccleſia ſine Epiſcopo eſſe non poſſit.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio intellecta de particulari Eccleſiâ perfecta, eſt falſiſſima, in conſequentiâ periculoſa, temeraria, ſcandaloſa, Ordinis Hierarchici deſtructiua, populo Chriſtiano nociua, Traditionis Apoſtolicæ, & ſucceſſionis Eccleſiaſticæ fundamentum conuellens.

Secunda Propoſitio. Ex cap. 1. *num.* 3. & 4.

SI particularis nulla Eccleſia eſſe poſſit ſine Epiſcopo particulari, certè Vniuerſalis exiſtere non poteſt,ſine Vniuerſali Epiſcopo &c. *Et poſtea*. Verba in definitione non ſignificant actum,ſed aptitudinem rei: Si quis dicat hominem eſſe eum, qui diſcurrit, ſenſus eſt, qui naturâ aptus eſt ad diſcurrendum &c. *Et paulo poſt*. Eodem modo Eccleſia dici poteſt multitudo Chriſtianorũ gubernata per Epiſcopum,id eſt,ita depoſita & vnita in fide Chriſti, vt poſſit habere Epiſcopum, & opus habere Epiſcopo, & parata ſit animis, apta & pręparata ad illum accipiendum cùm legitimè mittitur.

CENSVRA.

Iſta propoſitio eſt captioſa, & in hęreſim inducit, in quantum omittit obligationem, quam habet Vniuerſalis Eccleſia, vt ſibi prouideat quantociùs de Capite.

SPONGIA.

Diogenes, vt puerum incerti parentis perículosè petulantem, lapides quippe in confertam virorum turbam temerariè iactitantem, compeſceret, *Cohibe manum*, inquit, *ne fortè lapis in tuum incidat patrem*. Hoc monitum ſi quis tempeſtiuè Richeriſtis Sorbonicis ſuggeſſiſſet, fortaſſis manum continuiſſent, ac conſideratiùs Cenſurarum ſuarum, duriora ſaxis verba iaculati fuiſſent, metu ne ſuum neſcij Patrem ſæuo aliquo ictu mactarent. Proprio enim ac cæteris Catholicis non communi Patre gloriantur, Ioanne Gerſone olim Cancellario ſuo, quem tanti faciunt, vt eum Summo omnium Patri præponant, vel (a) opponant. Huius non ſemel caput neſcientes ſuis Cenſuris petunt, maximeque his duabus primis. Vtramque enim propoſitionem quam damnât, hic ipſe Gerſon in terminis, totitemque penè, ac Daniel verbis tradit tom. I. operum col. 438. tractatu qui dicitur *Libellus articulorum contra Petrum de Luna*. Cuius ſecundus articulus eſt, *Vnitas Eccleſiæ non ſic*

(a) *Card. Perõ. Harangue p.* 230.

ſic dependet à perſona Papæ eſſentialiter, quin poſſit manere vna, vt manet de facto, quando nullus eſt Papa. Tertius articulus: *Quamuis vnitas Eccleſiaſtica eſſentialis ſit ad primarium Caput Chriſtum; nihilominus vnitas altera accidentalis vel ſecundaria conſiſtit in obedientia ad vnum Summum Pontificem, ſic quod quilibet Catholicus debet habere promptitudinem, ſeu præparationem animi ad obediendum vni Summo Pontifici, dum conſtiterit ſibi, aut conſtare debuerit, quod ſit Papa aliquis legitimè electus.* Hic vides Gerſonem eadem omnia affirmare quæ Author. Primò, Eccleſiam poſſe manere ſine Papa, ſiue Epiſcopo vniuerſali. 2. De facto manere & exiſtere quando nullus eſt Papa, ſeu vniuerſalis Epiſcopus. 3. Vnionem ad Epiſcopum quæ conſtituit Eccleſiam, non eſſe actualem, ſed ſufficere eam quæ conſiſtit in promptitudine & præparatione animi. 4. Denique (quod eſt plus aliquid quàm Author expreſsè dixit) Eccleſiam ſine Epiſcopo non ſolùm manere poſſe, ſed etiam manere vnam, atque adeo perfectam, quia *vna eſt perfecta mea*. O malè auſpicatos Cantic. 6. 8.

Cen-

Cenſores, qui primo impetu in ſuam Scholam,ſuum Cancellarium inuolant! eius aſſertionem velut falſiſſimam, periculoſam, ſcandaloſam, Ordinis Hierarchici deſtructiuam,populo Chriſtiano nociuam, damnant! & quę traditionis Apoſtolicæ, & Succeſſionis Eccleſiaſticæ fundamenta conuellit! Certè eſt aliud in Gerſone aliquid multò, quàm hoc falſius & ſeuerâ Cenſurâ dignius.

Quanto ſapientiùs Ariſtarchi noſtri ſua Cenſura notaſſent propoſitionem D. Kelliſoni ſuæ Scholæ, & Cancellario è diametro aduerſantem vnitatem & exiſtentiam Eccleſiæ dependere ab Epiſcopi exiſtentia eſſentialiter, quia *Eccleſia* inquit *eſt plebs Sacerdoti ſuo adunata: Quomodo autem adunata eſſe poteſt Epiſcopo ſuo, ſi nullus eius Epiſcopus exiſtat?* Item R mus Chalcedonenſis Libello qui dicitur *Inquiſitio* pag. 31. lin. 28: *Quomodo* (inquit) *poteſt illa Eccleſia eſſe vnita Epiſcopo qua non habet Epiſcopum? Siquidem vnio ſupponit rem illam exiſtere. cui altera vnitur.* Et iterum pag. 3. *Carere Epiſcopo mere negatiuè, facit non Eccleſiam, quia Eccleſia eſt plebs poſitiuè vnita Epiſcopo, vt eſt*

euidens

euidens ex illis verbis Cypriani; Plebs Sacerdoti adunata. Nec minùs Author Replicæ, ad Diſcuſſionem pag. 27. *Populus qui vacat Epiſcopo, ſiue ſuâ culpâ, ſiue non, quacumque tandem ratione vacat, non eſt Eccleſia, quia quacumque tandem via viduatur Epiſcopo, iam non eſt plebs vnita Epiſcopo, ſicut corpus erit truncum quacumq; tandem de cauſa aut modo capite careat.* Iſti faciũt Eccleſiam defectibilem, & vnâ cum Epiſcopis mori & interîre, vt, ſi verum dicerent, ſępè Eccleſia nulla eſſet, contra Chriſti promiſſum futuram in mundo *omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi.* Nam ſi non ſit, niſi vnita Epiſcopo ſit, nec vnita Epiſcopo eſſe poſſit quando ille non exiſtit, ſequitur quando nullus eſt Papa, Eccleſiam vniuerſalem nullam eſſe. Hæc inquam Cenſores notaſſent ſtigmate, Danielis propoſitionibus omiſſis, niſi eos ad ferendam Cenſuram alia cauſa, quàm veritatis ſtudium commouiſſet. *Math. 28. v. vlt.*

Quod dicunt de *Eccleſia perfecta*, iam Gerſon ipſis occurrit, Eccleſiam deſtitutam Epiſcopo poſſe manere perfectam non ſolùm eſſentialiter, ſed etiam acci-

accidentaliter. Accidentalis enim eius Vnitas, vt ait Gerſon ſeu perfectio, eſt vniri vni Summo Pontifici; hæc autem vnio ſufficienter ſaluatur in promptitudine & pręparatione animi, quam plebs habet vt vniatur Epiſcopo cùm conſtiterit eſſe electum. Habere enim ſemper Epiſcopum viſibilem, ita vt ſedes numquam vacet, non eſt perfectio debita Eccleſiæ pro præſentis vitæ ſtatu, & ideo quando Epiſcopo vacat ſine ſuâ culpâ, ex cauſis quibus obnoxia eſt mortalitas, non eſt imperfecta, quia non caret complemento, quod illi in hac miſeriarum valle congruit.

Diſputationem hanc Authoris vocant Captioſam, qua de cauſa diuinare non poſſum niſi fortaſſis quia D. Kelliſonus eâ ita irretiatur, vt ſe explicare non poſſit.

Quod dicunt inducere in hæreſim, quia omittit obligationem quam habet vniuerſalis Eccleſia ſibi quantociùs prouidendi de capite, nimis ſeueri ſunt, feſtucam in oculo fratris ſui vident, in ſuo trabem non ſentiunt. Addo, homines argutos non aduertere Authorem cùm dicit ſufficere præparationem, loqui de plebe

plebe ſeu multitudine Chriſtiana, non de tota Eccleſia quatenus etiam Clerum includit. Clero enim obligatio prouidendi ſibi de capite quantociùs incumbit, Plebi ſufficit paratis animis eſſe Electum admittere. Vnde monere plebem ſibi incumbere ius & obligationem eligendi ſuos Epiſcopos, potiùs in hæreſim inducit: itaque ſuâ ipſi argutiâ capiuntur.

Illud notauerim quod dicit Gerſon, vnionem ad vnum viſibile caput, non eſſe Eccleſię eſſentialem, plus aliquid eſſe, quam Author dixit, nec omnino exactæ veritatis. Habere enim vnum viſibile caput, quantum eſt ex formâ regiminis, eſt Eccleſiæ eſſentiale, ita vt ea forma mutari non poſſit, niſi Eccleſia deſtruatur: tamen habere viſibile caput ſemper actu exiſtens, non eſt Eccleſiæ eſſentiale. Vnde Richeriſtæ ex eo quod Eccleſia ſede vacante exiſtat ſine Papa malè inferunt formam Monarchici regiminis non eſſe Eccleſiæ eſſentialem. Nam ſede vacante poteſtas vnius viſibilis capitis non omnino deficit, ſed manet in ijs qui tamquam vicarij illius gubernant.

Pra-

Propoſitio tertia. Ex Cap. 1.
Num. 17.

Cuius (*Summi Pontificis*) proprium & immediatum ſuper nos Epiſcopatum relinquere, vt ſit particularis Eccleſia ſub D. Chalcedonenſi, vt D. Doctor vellet, eſſet relinquere ſubſtantiam, & vmbram prendere.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio, inquantum innuit Eccleſias quæ admittunt Epiſcopos particulares, relinquere Summum Pontificem, eaſque aſſerit relinquere ſubſtantiam & vmbram prendere, eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, & dignitati Epiſcopali iniurioſa.

SPONGIA.

In Cęſaris Frederici aula inter medicos queſtio agitabatur, quæ res ſit, quæ viſum homini maxime acutum præſtet? cùm nonnulli fœniculum, alij alia nominarent, Nobilis adoleſcens, qui inter-

rerat, magno cum omnium applauſu, dixit *Inuidiam*. Neque tamen verum dixit, niſi craſsè falſa & mendacia videre, acuminis putetur. Hoc viſus ſiue oculamento, ſiue cęcamento Collector inſtructus, monſtra & laruas in Danielis libro videt. Sorbonęque oſtentat, quas debellet, ex quibus hęc 3. Propoſitio, quam modò damnant; Nuſquam enim Author innuit, aut aſſeruit populos, quibus veri proprijque Epiſcopi dantur; ſi illis adhærent, deſerere Pontificem (hoc eſt ſubſtantiam) & vmbram prendere. Loquitur de Reuerendiſſimo Chalcedonenſi quem probat nõ eſſe proprium Catholicorum Angliæ Epiſcopum, ſed ad ſummum, prout ipſe dicit, Summi Pontificis Vicarium generalem ad *vniuerſitatem cauſarum delegatum*. Dicit igitur Anglos Catholicos eſſe Eccleſiam, ſeu plebem ſuo Epiſcopo adunatam, quatenus vniuntur ſummo Pontifici, qui eſt eorum Epiſcopus: quatenus verò vniũtur R mo. Chalcedonenſi, non vniri ſuo Epiſcopo, ſed ad ſummum Vicario Epiſcopi ſui. Hinc ſi (quod D. Doctor Kelliſonus vrget) relinquant ſummum Pontificem, putantes quod adhęrendo

rendo illi non adhæreant proprio ſuo Epiſcopo, nec fiant Eccleſia; recipiant autem Chalcedonenſem, credentes eum eſſe proprium ipſorũ Epiſcopum, quodque ipſi adhærendo, ſint plebs ſuo vero Epiſcopo adunata, dicit Author hos decipi relinquere verum ſuum Epiſcopum, & admittere tantum eum qui non eſt Epiſcopus; & vmbratilem ſi munus ſpectes, atque adeo relicta ſubſtantiâ, vmbram prendere. Quid hic dicitur quod poſſit pertinere ad iniuriam Epiſcoporum aliorum, qui proprij Paſtores, non tantùm Vicarij ſummi Pontificis, ſed veri Principes ſunt? Res fiet luce clarior exemplo. Si plebs Hiberniæ Proregem à Rege Sereniſſimo Angliæ miſſum, proprium ſuum Regem dicant, & ei, tamquam Regnum, & populus ipſius adhæreant, decipiuntur, falſum Regem amplectuntur loco veri, relicta ſubſtantiâ vmbram prenſant. Quis dubitat? At ſi Sereniſſimus Rex Principem filium ſuũ Regem Hiberniæ conſtitueret, illique ſceptrum reſignaret, plebs quæ eum Regem agnoſceret, & ſe ſub eo regnum putaret, non deciperetur, nec de ſubſtantiâ ad vmbram; ſed de ſubſtantiâ

ad ſubſtantiam, à vero Rege ad verum Regem migrarent. Ita ſummus Pontifex ſi populum, quem per ſe tamquam proprius Epiſcopus rexit, reſignaret proprio Epiſcopo ibidem conſtituto, qui Princeps ſit, Sceptrumq́ue perpetuum regiminis teneat, populus illi Epiſcopo adhærens non relinqueret ſubſtantiam, & vmbram prenderet, ſed à ſubſtantia ad ſubſtantiam, ab vno proprio Epiſcopo, ad alium proprium Epiſcopum tranſiret, vt qui Regnum ſpirituale erant ſub ſummo Pontifice Regnũ ſpirituale maneant ſub inferiore Principe, ſummo Principi ſubordinatũ. At ſi Põtifex non crearet ibi proprium Epiſcopum, ſed retento ſceptro, regiminis ſibi, Vicarium ſubſtitueret (vt in Angliâ) qui Vicarium diceret ſuum proprium Epiſcopum (vt D. Kelliſonus vrget) nonne deciperetur? An non loco ſubſtãtiæ vmbram prenſarent? Igitur in hanc propoſitionem cùm Richeriſtæ latrent tamquam Epiſcopis proprijs iniurioſam, nimiùm quam ſimiles illi cani videtur, qui

——— *gutture triſauci inanes territat vmbras.*

TITVLVS SECVNDVS.

De Sacramento Confirmationis.

Prima Propoſitio. Ex cap. 2. §. 3. in titulo.

CAtholicos Chriſmate vnctos in Baptiſmo licèt ab Epiſcopo non confirmatos, perfectos eſſe Chriſtianos in ſenſu Patrum.

Secunda Propoſitio. Ibidem n. 21.

Infero Anglos Catholicos qui baptizantur ritu Catholico, vel qui recipiunt ceremonias Catholicas Baptiſmi, licèt non confirmati fuerint ab Epiſcopo, fuiſſe, & eſſe perfectè Chriſtianos omni modo.

CENSVRA.

Vtraque Propoſitio eſt falſa, temeraria, contra ſenſum communem Patrum, in contemptum Sacramenti Confirmationis, & in errorem inducens.

SPON-

SPONGIA.

Inprimis ſecunda propoſitio non eſt fideliter ex Anglico, in Latinum verſa, non enim dicit Author, Chriſmatos in Baptiſmate eſſe *perfectè Chriſtianos omni modo*, quaſi non ſit alius modus vlterioris perfectionis, ſed Anglicè *Euery Way*, hoc eſt, vndequaque, ſeu ab omni parte. Stupidi eſt, differentiam non aduertere inter *perfectum vndequaque*, ſeu ab omni parte, *& perfectum omni modo*, cùm quis eadem in parte varijs modis perfici poſſit. Quid ſit autem ab omni parte eſſe Chriſtianũ perfectum, ibidem, hoc eſt. c. 2. n. 21. Author explicat. *Hoc eſt*, inquiens, *interiùs & exteriùs, non tantùm animâ, ſed etiam corpore. Nam qui baptizantur, ſine Chriſmate, ſunt quidem interiùs Chriſmati, ſeu Chriſtiani, gratia Sancti Spiritus inuncti, at exteriùs non ſunt chriſmati, atque adeo nõ perfectè, non ab omni parte Chriſtiani & vncti. Qui verò baptizati chriſmate inunguntur, vncti ſunt, & Chriſti, ab omni parte, interiùs, exteriùs, animo, corpore, & ita Patrum*

ſenſu perfecti Chriſtiani. Intelligere Patres, in hoc ſenſu, cum dicunt Richeriſtę falſam, têmerariam, ſcandaloſam, contra communem Patrum ſenſum, in contemptum Sacramenti, oſtendunt ſe eos eſſe, quibus Dominicus Bannes (vt iam monui) ſapienter improperat tantam facilitatem Cenſuræ, vt meritò irrideantur. Enimuero an non ridiculum, expoſitionem, quam grauiſſimi Theologi ſequuntur, quamque Author collatis Patrum teſtimonijs neruosè probauit, putare ſe poſſe ſolo verborum flatu abigere ex Catholica ſchola?

Præter dicta in Apologia, hanc Patrum expoſitionem eſſe germanam duplici argumento efficiam. Primò, cenſeri plenè perfecteque Chriſtianum, & iure meritoque appellari Chriſtianum, apud Patres rem eamdem ſignificāt, proprium ſcilicet effectum Confirmationis. Sic Cyrillus (c) *Hoc accepto chriſmatis dono merito appellamini Chriſtiani.* Iuſtinus Martyr (d) *Vngimur in Baptiſmo vt Chriſti, & vncti dicamur*. Cyprianus, (e) *neceſſe eſt vngi Baptizatum, & recepto chriſmate, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiam poſſit,*

(c) *Catech.* 3.
(d) *In qq. & reſpōſ. q.* 137.
(e) *Ep.* 44.

ſit. Hinc colligitur plenè perfectèque *cenſeri Chriſtianum*, & meritò *appellari Chriſtianum*, rem eãdem eſſe apud Patres: ſed qui chriſmatur in baptiſmo presbiterali vnctione in vertice, meritò appellatur Chriſtianus. Huius rei teſtes plurimos citare poſſem ſed Pariſienſes vnius teſtimonio contenti erunt, nimirum Gerſonis Cancellarij ſui. Is tom. 2. operum quæ ipſimet ediderunt col. 75. ſic ſcribit: *Poſt Baptiſmum autem fit vnctio chriſmatis in vertice, vt appareat mens imputribilis Deo, & vt ſpiritui Chriſti participando MERITO appellaretur Chriſtianus, hæres iam Regni effectus.* Quod ipſum affirmant duo Epiſcopi *Rabanus Moguntinus*, & *Iuo Carnotenſis* totidem pæne verbis à quibus Gerſon ſua ſumpſit. Igitur Baptizatus & Vnctus in vertice meritò appellatur Chriſtianus, atque adeo in ſenſu Patrum eſt plenè perfecteq; Chriſtianus.

Secundò idem probatur. Nam, qui eſt plene; & vndequaque vnctus, debet Chriſtianus pleno ore & merito appellari & cenſeri. Sed baptizati & chriſmati in vertice ſunt plene vncti animâ, corpore, intùs, exteriùs. Quod corporali-

 ter

ter & exteriùs ſint cerimoniâ vnctionis conſecrati, patet ad oculum. Quòd autem etiam interiùs ſint vncti plenitudine & perfectione gratię ſufficiente, tradit expreſsè S. Thomas. *Eſt*, inquit, *plenitudo gratiæ Chriſtianæ ſufficiens ad ſalutem, & hæc datur in Baptiſmo; & eſt plenitudo gratiæ ad fortiter reſiſtendum, & hæc datur in Confirmatione, & ſine hac poteſt eſſe ſalus*. Et iterum. *In Baptiſmo datur gratia quæ à peccato mundat, & ad bene operandum* perficit, *quantum ad ſufficientiam ſalutis*. Igitur cùm baptizati & chriſmati in baptiſmo ſint plenè perfecteque vndequaque vncti, pleni & perfecti Chriſtiani ſeu Vncti cur dici non debent? Secundum illud Auguſtini, *omnes chriſmate vnctos rectè Chriſtos poſſumus dicere.*

In q. d. 7. q. . a. 1. qu. 2. ad 1.

Ibid. ad 3.

Lib. 17. de Ciuit. cap. 4.

Tertia Propoſitio. Ex Cap. 2. §. 3. n. 22.

Chriſmatio in Baptiſmo per Sacerdotem inſtituta fuit ab Eccleſia, ad ſupplẽdum non ſolùm ſignificationem Epiſcopalis Chriſmatis, ſed etiam effectum; nempe ad conſeruandos & confirmandos homines in baptiſmali gratia. Hoc docetur à D. Thoma, &c. *Et paulo pòſt,*

Hęc

Hæc cerimonia facit hominem fortem ad reſiſtendum peccato, ad profitēdam fidem in perſecutione, ſuccedens in locum Cōfirmationis in hoc reſpectu, &c. *Et paulo poſt*. Quæ motiones fortitudinis, & animi dantur per Chriſmationem baptiſmalem, ex opere operato, vt multi Theologi docent: ſaltem per preces Eccleſiæ, & applicationem huius cerimonię in eum finem, quæ eſt doctrina multi ſolatij pro Catholicis commodè habere non valentibus Confirmationem: & oſtendit quòd poſt inſtitutionem Chriſmationis Sacerdotum in baptiſmo, Chriſmatio per Epiſcopum non ſit tam neceſſaria, ac antè fuit.

CENSVRA.

Propoſitio integra, falſa eſt, temeraria, imponit S. Thomę, & hæreſim ſapit.

SPONGIA.

Author nihil hoc loco dicit quod non ſit Catholicum, quod non à Doctoribus Theologis & ſanctis Patribus, nullo diſſentiente aſſeratur. Hoc oſtendo particulatim; nam ſeptem continet aſſertiones.

Prima eſt. Chriſmatio Presbiteralis in Baptiſmo ſupplet effectum Epiſcopalis, quoad ſignificationẽ nominis Chriſtiani, ſeu vncti, ita vt à Presbytero Chriſmatus dici poſſit, & debeat Chriſtianus, non ſecus ac qui eſt ab Epiſcopo confirmatus. Hoc iam-iam aſſerentem Gerſonem audiuimus.

Secunda eſt. Chriſmatio in Baptiſmo præſtat effectum Confirmationis, qui eſt conſeruatio gratiæ baptiſmalis. Hæc ſunt ipſa verba Authoris; & quod dicit traditur à S. Thoma conceptis verbis quæ citauit, ſed ea Collectores ſubdolè tranſiliunt. Nam ſi ea in facultate publicè lecta fuiſſent, fortaſſis nonnulli, S. Tho. authoritate moti, cuculinam ſuam cantilenam *falſum, erroneum, hæreticum*, non tam facilè ingeminaſſent. *Eorum* (inquit) *quæ aguntur poſt Baptiſmum, aliquid eſt, quod non ſolum ſig-*
3. p q. 71. ar. 3. ad 4. *nificat, ſed etiam efficit, putà vnctio Chriſmatis in vertice, quæ operatur conſeruationem gratiæ baptiſmalis.* Quàm apertè S. Thomas? Hoc enimuero hæreſim ſapit? ſed illis, qui ſunt eiuſdem cũ Caluino palati, qui diſertè dicit cerimoniam Chriſmatis baptiſmalis, *inſtar ſter-*

coris

coris ſe habere.

Tertia eſt. Hæc cerimonia cum Baptiſmo coniuncta *facit hominem fortem ad reſiſtendum peccato, & profitendam in perſecutionibus fidem*. Hoc tam certum eſt, vt qui Catholici eſſe volunt, id negare non debeant, teſte Illuſtriſſimo Bellarmino. Nam Caluino calumnianti, *vocem vnctorum eſſe promiſſionem in Baptiſmo ſe percepiſſe nullam, qua in agonibus inſtruantur*, reſpondet: *Atqui hoc nullus Catholicorum docet, Catholica enim doctrina eſt, nos in Baptiſmo, robur accipere, in Confirmatione autem, roboris augmentum.* In eamdem ſententiam Rabanus Epiſcopus Moguntinus. lib. 1. de Inſtit. Cleric. c. 28. *Spiritus Sāctus per vnctionē Chriſmatis in Baptiſmate confert vigorem cæleſtis gratiæ*, vigor cæleſtis gratiæ, an non fortitudo, vt reſiſtatur peccato? & cap. 27. *A Sacerdote baptizatus inungitur, vt ſacrum Baptiſma cum fide accepta, cuſtodiatur.* Quod Gerſon dicit, *Chriſmatione baptiſmali mētem reddi imputribilem Deo*, quid aliud eſt, quàm dari robur, vt à ſe conſtanter reijciat omnem putredinem, corruptionemque peccati?

Antidot Concil. Trident. ſeſſ. 7. can. 2. §. 11.

Bellarm. de Confirm. Sacram. c. 1.

Quarta

Quarta Aſſertio. Hę motiones fortitudinis & vigoris dantur à Chriſmate ex opere operato, ſecundum mentem multorum Theologorum. Hæc Aſſertio ſupponit & inſinuat Chriſmationem Baptiſmalem non eſſe ſacramentū, nec pręſtare proprium effectum Confirmationis, qui eſt plenum augmentum gratię ſacramentalis; ſed tantùm conſeruare & roborare in gratiâ accepta per motiones fortitudinis tranſeuntes, hoc eſt, pias cogitationes,& affectus. Quod verò hæ motiones ex opere operato dentur, docet Sotus in 4. d. 15. q.2. art.3. Valent. 3. p. diſp.7. q. 5. punct 1. Caiet. in q. 71. *Vnctio*, inquit: *Chriſmatis in verticè operatur quoddam actuale auxilium, faciens ex parte baptizati, ad conſeruationem gratia baptiſmalis*. Imò Innocentius 3. decretali Epiſtolâ, cum dicit viſibilem vnctionem Chriſmatis operari inuiſibilē effectum, qui per eam ſignificatur, vnctionem verò Chriſmatis in vertice ſignificare, *gratiam, quâ quis redditur paratus omni petenti de fide reddere rationem*, certè ſignificat vnctionem verticis conferre actuale auxilium,ſeu robur ad cō-

Extra de Sacra Vnctione §. *Quia verò*.

ſer-

ſeruandam gratiam, ad reddendam fidei rationem ex opere operato. Quicquid ſit, negari à Catholico non poteſt, ſaltem per preces & inuocationem Eccleſiæ hunc effectum tribui, prout Author affirmauit.

Quinta Aſſertio. Cerimonia Chriſmatis in Baptiſmo fuit inſtituta, vt ſuppleret defectum Confirmationis. Hoc (b) Bellarminus & ex antiquis (c) Rabanus, Hugo (d) Victorinus, Amalarius, alijque Patres directè tradunt. Ruperti (e) Tuitienſis verba apponam de diuinis officijs lib. 5. c. 16. *Legitur in Actis Pontificalibus, quod Syluester Papa conſtituit, vt Baptizatum linat Presbyter chriſmate leuatum de aqua, propter occaſiones tranſitus mortis, ne propter abſentiam Epiſcopi, & difficultatem eum conſequendi, ſine manus impoſitione baptizati migrent.*

(b) Lib. 1. de Bapt. c. 27.

(c) Lib. 1. de inſt. Clericor. cap. 28.

(d) De Sacram. l 2. p. 2. c. 7.

(e) Lib. 1. de Offic. Eccl. c. 27.

Sexta Propoſitio. Confirmatio Epiſcopalis poſt inſtitutam presbyteralē Chriſmationem Baptiſmi non eſt tam neceſſaria, quàm fuit antea. Hoc tradunt Patres Arauſicani, Canone primo, vt habetur Cap. *Nullus* de conſecrat. diſtinct. 4. vbi conceptis verbis dicunt,

neceſ-

neceſſariam eſſe quidem Chriſmationē, tamē ſatis eſſe ſemel in Baptiſmate chriſmari. Si verò in Baptiſmate Chriſmatus quis non fuerit, admoneatur, inquiunt, Epiſcopus: *Nam ſufficit vna Benedictio.*

Septima Propoſitio. Hanc veritatem de efficacia eius cerimoniæ, Catholicis magni ſolatij eſſe debere, præſertim ijs quibus habendi Confirmationem facultas non ſuppetit. Hęc propoſitio tam clara eſt vt probatione non indigeat. Quis enim non nomine tantùm, ſed verè Catholicus qui ſit, non gaudeat cerimonijs ab Eccleſia inſtitutis, quas hæretici irrident, tantam diuinæ gratiæ vim & vigorem, ineſſe & hoc Patrum teſtimonio probari poſſe? Ariſtoteles adoleſcentes audaces eſſe ſcribit, ſenes timidos, cuius vna cauſa eſt, quod illi experientia careant, qua hi abundant. Si Richeriſtæ in Patribus, & Theologis verſati eſſent, non ita iuuenili audacia in Cenſuras ruerent: certè nihil hac propoſitione continetur, quod non Geneuę diſpliceat, nō minùs quàm Sorbonæ.

Quarta Propoſitio. Ex Cap. 2. § 4. n. 23.

Fortè vereri poterant (Summi Pō-tifices) ne cōnfidentia huius Sacramenti cauſans remiſſionem in vſu aliorum, illis (Catholicis Angliç) noceret.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt ſummis Pontificibus iniurioſa, & piarum aurium offenſiua.

SPONGIA.

Bene Ariſtoteles: Ad pauca reſpicientes facilè pronunciant. Sed ſi quis inſpiciat ſtatum Catholicorum Angliæ tam Laicorum quàm Sacerdotum, diſpiciet cauſas non defuiſſe, cur Pontifices prudēter timere potuerint. Ex parte Sacerdotum norant, quod eorum aliqui ſtudio habendi Epiſcopos, Confirmationis neceſſitatem & vires ſuprà Catholicum ius & fas extollerent, nimirum quod iam ſcripto prodiderūt; (a) *Hoc Sacramentum eſſe neceſſarium ad ſalu-*

(a) *Inquiſ. pag.* 10.

(b)*Hierarch. præf.n.18.* (c)*Replic. pag. 94.*

ſalutem, (b) *infallibiliter conferre robur inuictũ, quo quis fidem confiteatur*, (c) *ſine Confirmatione gratiam quidem ſufficientem haberi poſſe; gratia tamen, quæ dat efficaciam profitendi fidem noſtram coram Tyranno, non debetur niſi ijs, qui Confirmati ſunt. quibus debetur ex vi Sacramenti & Characteris.* Ex parte Laicorum compertum habebant, quod ipſis frequentare Sacramenta difficillimum eſſet, capitale in Anglia eſſe Sacerdotem domo excipere; ſatellites interdiu noctuque diſcurrere, in domos irrumpere, vt Sacerdotes comprehendant, Sacramentorumque adminiſtrationem impediant. Si quis his Catholicis offerret Sacramentum, quod diceret ſemel acceptum conferre gratiæ plenitudinem, ita vt deinceps certi futuri eſſent de ſua perſeuerantia & conſtantia; quis non prudenter crederet, ex ipſis plurimos illud Sacramentum ita amplexaturos, vt ab alijs, quibus iam non indigerent, nec ſine periculo ingenti haberent, frequentandis deſiſterent? Igitur cum conſtet ſummos Pontifices Sacramentum Confirmationis Catholicis Angliæ per quinquaginta annos nõ

præſti-

præſtitiſſe, quid obſtet cogitare, fortè hac inter alias cogitatione moueri potuiſſe? Neque hoc pias aures offendit, ſi verba adiungantur quibus Author vtitur, ſed collector ſupprimit, Torporem in frequentandis alijs Sacramentis, ex Confirmatione oriri non illius culpa, ſed noſtrâ..

Quinta Propoſitio. Ibidem.

Patet, quòd confidentia in confirmationis virtute importare poſſit magnum periculum animabus.

CENSVRA.

Iſta propoſitio abſolutè prolata falſa eſt, piarũ aurium offenſiua, blaſphema, Sacramento & prouidentię Chriſti maximè contumelioſa.

SPONGIA.

Iſta Propoſitio abſolutè prolata. Quaſi verò Author eam abſolutè protuliſſet, quam ſic diſtinxit veris limitationibus, vt non potuerint Cenſores ei ſpeciem im-

imponere erroris, niſi verba textus abijciendo, & ſua loco illorum intrudendo. Non enim dixit Author, *patet quod confidentia*, ſed retulit ex Euſebio hiſtoriam Epiſcopi Aſiani; qui cùm adoleſcentem, cuius eximiam curam geſſerat, ſigillo Domini, hoc eſt Confirmatione muniuiſſet, attentam illam vigilantiam ſolicitudinemque quam de illo prius habuerat, depoſuit, quo factum vt adoleſcens in grauiſſima ſcelera non ita multò pòſt prolapſus ſit; hac facta narratione ſubiungit Author: *Hoc exemplum oſtendit & confidentiā in robore Confirmationis poſſe importare periculum animabus, & nos poſt ſuſceptam Confirmationem non debere alia ſubſidia conſtantiæ negligere, alioqui tuti haudquaquam erimus.* Hæc eſt ſententia Authoris monitum ſalutare continens, aptè, prudentèr, piè ex illo exemplo conſequens. Addo, hanc propoſitionem abſolutè prolatam, confidentia in robore Confirmationis poteſt eſſe nimia, & importare periculum animabus, adeo non eſſe blaſphemam vt ſit de fide, & traditur Prouerb. 4. v. 16. *Stultus tranſilit & confidit*, hoc eſt, tranſ-

tranſgreditur legem Dei, & confidit de eius miſericordia, quod veniam conſequetur, vt ibi Gloſſa exponit. Igitur de fide eſt confidentiam in Dei miſericordia poſſe eſſe nimiam & periculoſam, quantò magis nimia & nociua eſſe poteſt confidentia in virtute Confirmationis?

Sexta Propoſitio. Ex cap. 2. §. 4. num. 28.

Cùm D. Doctor dicit quòd Confirmatio ſit ordinarium medium inſtitutum ad dandum robur, ad profitendã fidem ante perſecutorem, ſi intelligat quòd ſit vnum ordinarium medium, verum dicit &c. Si intelligat eſſe ordinarium medium, id eſt, ſolum & vnicum ordinariũ medium, ad faciendos Chriſtianos perfectos & fortes, dictum eius non eſt conſonum veritati, cùm alia media inſtituta ſint à Chriſto ad faciẽdos nos fortes.

Cenſura.

Iſta propoſitio quatenus videtur ne-

gare Confirmationem eſſe vnicum & ſolum Ordinarium medium ſpecialiter inſtitutum à Chriſto ad faciẽdos Chriſtianos perfectos & fortes, vtique ad profitendam fidem ante perſecutorem, eſt falſa, temeraria, Sacramenti Confirmationis immunitiua, & erronea.

SPONGIA.

Author non negauit Confirmationem eſſe vnicum & ſolum Ordinarium medium ſpecialiter inſtitutum ad faciẽdos nos fortes &c. quicquid ſit de veritate illius Propoſitionis. Quod affirmat, hoc eſt, Confitmationem non eſſe ita vnicum & ſolum ordinarium medium, vt robur, quod ſufficiat, abundanter, vt fidem coram Tyranno profiteamur, alijs medijs non poſſit acquiri, ſiue ea ſint, ſiue non ſint ad hoc *ſpecialiter inſtituta.* Hinc enim contra D. Kelliſonum laqueos conſcientijs temerariè inijcientẽ, rectè concludit; Catholicos Angliæ nõ obligari cum Perſecutionis augmento quęrere Epiſcopum, qui Sacramentum hoc ipſis adminiſtret, nec peccaſſe ſummos Pontifices, qui Catholicos ſine

hoc

Digitized by Google

hoc Sacramento vno propè ſæculo reliquerunt. Nam ſi ſine medio *ſpecialiter inſtituto* poſſunt Catholici per media generaliter inſtituta habere conſtantiã in fidei profeſſione, quæ ſufficiat, immò abundet, cur teneantur ſpecialiter inſtitutum perquirere cùm tanto perſecutionis incremẽto, & fortunarum ſuarum detrimento? Nugantur igitur Cenſores, & extra chorum ſaltitant. Deinde quamuis hoc ad rem non pertineat, tamen falſum eſt, non eſſe alia media ad dandum robur in perſecutione ſpecialiter inſtituta. Nam feruens oratio propriè, directè, nominatim ad hunc finẽ pręcepta eſt, vt hoc negare ſit contra expreſſum Dei verbum Matth. 26. *Vigilate & orate ne intretis in tentationem.* cui præceptioni diuinæ quia non paruerunt Apoſtoli, coram perſecutore fugerunt: Petrus autem etiam fidem negauit. Item Marc. 13. Luc. 19. cùm Dominus grauiſſimas perſecutiones, quę contra fideles excitandæ eſſent, pręſertim tempore Antechriſti prædixiſſet, hoc remedium ſalutis, ac conſtãtię nominatim præſtituit, *Vigilate itaque orantes omni tempore vt digni ha-*
 beami-

beamini fugere omnia iſta, quæ futura ſunt. En quod medium effugiendi lapſum in perſecutione Chriſtus inſtituit! Præterea adoranda Euchariſtia inſtituta eſt per ſe directè, ſpecialiter, nominatim, ad faciendos nos fortes in perſecutione, quod Pariſienſes cùm negent contradicunt non ſolum Cypriano, qui dicit, *ad hoc fieri Euchariſtiam vt poſſit pugnantibus eſſe tutela*, ſed etiam ipſi Chriſto Domino qui huius Sacramenti effectum facit, *vt maneamus in ipſo, & ipſe in nobis*, hoc eſt, vt Chriſtiani à Chriſto nullis tentationibus, nec perſecutione, nec gladio ſeparemur. Quod ſi loquantur de Sacramẽto ad dandum robur profitẽdæ fidei inſtituto, ad hoc, tamquam ad proprium & principalem fructum, verum fortaſſe eſt, quod dicunt; ſed hinc dicere debuiſſent, *ſi loquantur de medio, quod ſit Sacramentum ad hoc inſtitutum tamquam ad proprium & principalem ſuum effectũ*, quamquam authori tam longas lacinias adſuere, vt habeant quo ſuæ cenſuræ ſpinis eum implicent, non modò maleuolum, ſed & ridiculum. Quis enim nõ implicetur, ſi cui hic modus Cenſuræ placeat.

Lib. 1. Ep. 2.

Ioan. 6. v. 45.

Pro-

Propoſitio ſeptima. Ex Cap. 3. num. 10.

Omnes Theologi dicunt Confirmationem non præcipi, niſi cùm commodè haberi poteſt, vel vt alij dicunt, quando commodiſſimè, quando ſine vllo, vel minimo prorſus incommodo.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt ſcandaloſa, in maximum Sacramenti Confirmationis contemptum, maligno animo propoſita, & in errorem poteſt inducere.

SPONGIA.

Romani Augures, qui aues obſeruabant, lanternas ſemper habere debebant apertas, nec vllo operimēto tectas; Quo inſtituto ſignificatur eorum, qui de rebus publicis conſulunt, mentem, quæ eſt in corpore, tamquam in lanternâ, lumen, nullis debere perturbationibus obduci; alioquin grauiſſimè errabunt, quodque ſalutare eſt, ſiniſtrum

ſtrum vel (vt ſcriptura loquitur) *lucem tenebras*, *bonum malum* dicent ; hoc noſtris cenſoribus accidit obducta lanternâ, mente in Regulares perturbatâ cenſuram de libro ferentibus ; vix enim credi poteſt quã fædè errent. Attendite. Author aſſerit omnes Theologos ſecum ſentire, Sacramentum Confirmationis vel non præcipi, vel præcipi tantùm, cùm commodè haberi poteſt, vel vt alij dicunt cum *commodiſſimè*. Cenſores hoc ita eſſe non negant, nec dicunt Authorem Theologis imponere, ſed ſententiam, quam negare non poſſunt, & tacitè concedunt eſſe omnium Theologorum & Catholicæ Eccleſiæ, damnant vt ſcandaloſam, & erroris inductiuam, & in maximum Sacramenti Confirmationis contemptum. Hoc ſcilicet, ſapere eſt, apud Richeriſtas; ſed apud Auguſtinum inſolentiſſimè inſanire, contra totius Eccleſiæ placitum diſputare : ſentire autem omnes Theologos, quod Author dixit, niſi craſſâ laborent ignorantiâ, negare ſi iam velint non poſſunt. Omnes enim ſententiæ de hac quæſtione ad tres claſſes reduci poſſunt. Prima eorum, qui dicunt Confirmationem

tionem non præcipi neque lege diuinâ, neque Eccleſiaſticâ, atque adèo cum commodiſſimè haberi poteſt, illud omittere nullum eſſe peccatum per ſe loquendo, etiam cum inſtat articulus profitendi fidem. In hâc ſunt longè maxima pars & nobiliſſima Theologorum, ex quibus 15. citat & ſequitur Bonacina, vt eſt apud Authorem, Henriques lib. 3. de Sacramento Confirmat. cap. 1. littera N. & littera P. *Quidam*, inquit, *opinantur, præceptum de ſuſcipienda Confirmatione obligare vrgente neceſſitate proteſtandi Fidem coram Tyranno, & ideo vocari à Patribus complementum Baptiſmi, & contra rationem videri ſine armis ad pugnam accedere; at ſubſunt alia arma,* Epheſ. 6. *vt Orationis, Confeſſionis, & Communionis, quibus miles SATIS munitur ad pugnam. Ergo ſecluſo contemptu nullum per ſe eſt peccatum omittere Confirmationem.* Secunda eorum, qui dicunt Confirmationem præcipi diuina lege vel Eccleſiaſticâ; ſed cùm non ſit Sacramentum neceſſitatis, non obligari homines vt illud recipiant, niſi cùm commodè haberi poteſt. Ita ſen-

tit Bellarminus, Philippus Gaumaſcius Doctor Pariſienſis, & alij quos refert Henriquez Imò Doctor ipſe Kelliſonus & Eſtius, qui ſunt rigidiſſimi, addunt *cùm commodè haberi poteſt*. Tertia Claſſis eorum qui mediæ ſunt ſententiæ, qui dicunt Confirmationem abſolutè non præcipi, ſed hactenus tantum vt non contemnatur; contemni autem cenſetur!, ſi non accipitur quandò adeſt omnimoda opportunitas. Ita Scotus & illius Sectatores, & inter hos Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Armacanus Frater Hugo Caualli, in ſcholio ſuper Scotum in 4. d. 7. qui vtitur hâc ipſâ voce *commodiſſimè*. His addo Gerſonem Cancellarium qui ſæpiſſimè hoc ipſum tradit (a) Tom. 1. Col. 5.7. (b) dicit: *Confirmationem cadere in præcepto, dum eius ſumptio non contemnitur, & Theologos communiter dicere eſſe Sacramentum non neceſſitatis*. Et Tom. 2. col. 30. (c) *tenetur Chriſtianus illud non contemnere præſertim imminente periculo cõfeſſionis Chriſti coram Infidelibus*. Et eodem Tom. col. 634. (d) *Sacramentum ſalubre eſt nec contemnendum,* *dum*

(a) *Pariſienſi edit.*
(b) *Tract. de cõmun. ſub vtraq; ſpeciè.*
(c) *Tract. qui dicitus Regul. Moral.*
(d) *Tract. de viſit. Fratr.*

dum opportunitas ſe ingerit. Quid eſt, *quando opportunitas ſe ingerit*, niſi quādo commodè haberi poteſt, ſeu potiùs quando commodiſſimè? Nam opportunitas ſponte ſe ingerens eſt omnimoda opportunitas. Iam non ſolum in omnes Theologos, ſed in ſuum Cancellarium inſurgant Pariſienſes, dicantque ſcandaloſum, Magiſtrum erroris, & Sacramenti contemptorem.

TITVLVS TERTIVS

De Epiſcopis, & Curatis.

Propoſito Prima. Ex Præfatione n. 5.

VT præferat (D. Doctor) Epiſcopos Angelis, quoad functionē dicit cap. 17. n. 2. *cui Angelorum dictū eſt, paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*, ſicut Epiſcopis dictum eſt? cui quęſtioni ſtatim ſatisfacere poteſt quis è verbo Dei, illis Angelis de quibus Pſalmiſta dicit, Pſalm. 90. v. 12. *Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis*. Nam quid eſt aliud Angelos habere curam cuſtodiendarum

ouium

ouium Dei, quam Paſtores earum eſſe?

CENSVRA.

In iſtâ propoſitione Author verbum Dei temerè detorquet, vt oſtendat Angelis tributum eſſe munus Paſtorum, ſicut Epiſcopis, quæ doctrina falſa eſt temeraria, & hæretica.

SPONGIA.

Mirum quàm ridiculè Collector Cenſoribus abutatur, quos ſuas fulminare Cenſuras facit aduerſus *lanam Caprinam*, in ipſius cerebro natam, non in aliquam propoſitionem Authoris; numquam dixit Author, Angelis tributum eſſe munus Paſtorum, ſicut Epiſcopis, nedum hoc ſibi probandum ſumpſit. Libri ſingulas percurrant paginas, peridos, lineas, literas, hoc nuſquam inuenient, nec hoc D. Kelliſonum inter & Authorem vertebatur in quæſtionem. Cur igitur placet calumniari, Authorique imponere, quod ipſi neque per ſomnium quidem venit in mentem? Loco præfationis, qui citatur,

tur, Author ſtudet oſtendere D. Kelliſonum non eſſe accuratum hoc ſuo Hierarchico tractatu, quippe ipſum vera & Catholica dogmata probare tenuibus & exilibus argumentis. Inter alia notat hoc eius argumentum, quo probare nititur Epiſcopos præſtare officio Angelis ex hoc ſolo quod dicatur ipſis, *paſcite qui in vobis eſt gregem Dei.* Certè enim nemo Catholicus negare audebit Angelos hominibus ſeu ouibus Dei prçſidere, eaſque curare, cuſtodire, paſcere, regere; vnde ex ſolo titulo Paſtoris ſatis conuinci non poteſt Epiſcopos Angelis eſſe officio ſuperiores.

An verò reuerà munus & officium Paſtorale Epiſcopi, ſit præſtantius munere paſtorali Angelico, nihil Author dixit in alterutram partem, ſed præſumpſit pronunciatum Doctoris verum eſſe. Quod autem noſtri Cenſores dicunt adeo verum eſſe, vt opinio, quæ facit Paſtoratum Angelicum ſimilem Epiſcopali, vel parem, ſit falſa, temeraria, hæretica; videant ne hoc ſit facile prorumpere in Cenſuras, vt à doctis meritò irrideri mereantur. fateor enim me neque locum Scripturæ neque San-

Sanctionem Concilij generalis ſcire, vbi res hæc ſit velut fidei articulus definita: ſcio autem ſanctum Ambroſium innuere munus Angelici Paſtoratus eſſe nobilius, vel ſaltem maioris in Eccleſiam beneficij; ſic enim ſcribit, *non ſolum Epiſcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, ſed etiam Angelos deſtinauit*. Satis apertè inſinuat Paſtoratum Angelicum, in Dei gregem eſſe Epiſcopali aliquid maius.

Lib. 7, in Lucam. cap. 2.

Conueniant iam Pariſienſes, & ſi placet hanc Sancti Ambroſij ſentētiam, falſam, temerariam, & hæreticam pronuncient. Quod ſi fecerint, tamen Authorem non tangent, qui numquam dixit munus Angelicæ cuſtodiæ eſſe præſtantius Epiſcopali, tantum dicit ex ſolâ allegatione huius textus, *paſcite qui in vobis eſt gregem Dei*, id tenuiter probari. Nam poſſent etiam textus allegari, quibus Angeli dicantur eſſe Paſtores, ſeu ouium Dei cuſtodes.

Propoſitio Secunda. Ex cap. 3. §. 3. n. 18.

Ordinatio Presbyterorum & Miniſtrorum Eccleſiæ, ſola eſt cauſa quæ infert neceſſitatem Epiſcopi.

Pro-

Propoſitio Tertia. Ex cap. 4. n. 6.

Eccleſia tempore perſecutionis indiget Epiſcopo ſolùm propter ordinandos Presbyteros.

CENSVRA.

Vtraque Propoſitio eſt falſa, Eccleſię Ordiniſque Hierarchici deſtructiua, & hęretica.

SPONGIA.

Vtraque Propoſitio mala fide, & non integrè recitatur: Prima, non abſolutè eo loco ſtatuitur, ſed remiſſiuè, ſicut, inquit, *ſequente Paragrapho oſtendam*, vbi declarat Epiſcopum, inquantum habet poteſtatem iuriſdictionis, quod vocat *ſceptrum regiminis*, requiri cauſâ tum gubernationis & conſeruandæ pacis, tum iuſtitiæ adminiſtrandæ: inquantum verò Epiſcopus (quod nomen, vt ait (a) Suarez, ordinem ſignificat potius, quam iuriſdictionem) ſeu quoad poteſtatem Ordinis ſolùm neceſſariò

(a) *Suarez de Relig tom. 3. li. 6. c. 8. n. 2.*

Epiſcopus nomen eſt Ordinis potiùs quàm iuriſdictionis.

ceſſariò requiri ad ordinandos Miniſtros. Nam reliqua Epiſcopalis Ordinis vel præſtari poſſe à Presbyteris vel non eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria; ſed hac de re & impoſtura fuſiùs in Spõgia ad Cenſuram quintę & ſextę propoſitionis huius tituli.

Altera Propoſitio ponitur à verbis antecedentibus & conſequentibus, quæ ſpectant ad illius eſſentiam diuulſa. Non enim eſt abſoluta pronunciatio, ſed illatio ex facto Sanctiſſimi Epiſcopi ad illius facti circumſtantias reſtricta. Narrat Theodoretus Euſebium Samoſatenum Valentis imperio pulſum in exilium abijſſe furtim initio, & inſcio grege, poſtmodum cùm res innotuiſſet, inuito, monentemque ciuili Principi obediendum eſſe; neque tamen omiſit exilij tempore diſſimulatâ veſte nonnumquam excurrere vt Sacerdotes ordinaret. Hoc exemplo probat Author ſummos Pontifices in gubernandâ Eccleſia Anglicana Sanctiſſimè ſimul & Sapientiſſimè ſe geſſiſſe, contra Kelliſonum qui contendit, eos ad mittendum Epiſcopos, qui ibi inuito Principe reſiderent etiam cum perſecutionis incremento,

diuinâ

diuinâ lege obligatos fuiſſe. Iam accipe verba Authoris. *Hoc exemplo* (inquit) *inſtruimur, quod Epiſcopus non debeat in Eccleſiâ ſuâ perſiſtere, aduerſus Hæretici Principis voluntatem, cum periculo tumultus & perſecutionis aduerſus gregem concitandâ; quodque Eccleſia tempore perſecutionis non egeat Epiſcopo, niſi ad ordinandos Presbyteros; ita quod populus Presbyteros cùm habeat, debeat eſſe contentus, nec Epiſcopum continuè apudſe, repugnante Principe retinẽdo, illius in ſe indignationem prouocare.*

Hæc Author. Quę ſi integrè percepta fuiſſent, in ipſis quid reprehenderet nec ipſe Momus inueniſſet. Loquitur, enim contra reſidentiam Epiſcopi, caſu quo infert perſecutionem, & deſolationem gregi. Quod autem dicitur tẽpore perſecutionis Epiſcopum eſſe neceſſarium, ſolùm ad ordinandos Presbyteros, patet ſenſus, ſcilicet ex rebus ad ſalutem neceſſarijs, hanc ſolam eſſe, quæ non poteſt à Presbyteris non Epiſcopis in Epiſcopi defectu, ſeu abſentiâ ſuppleri. Regimen vero Epiſcopale ſeu iuriſdictio, quamuis neceſſaria ſit, poteſt tamen, vel

ab vno Presbytero Vicario, vel à Capitulo ad tempus commodè ſuppleri; & ideo hoc nomine non debere populum inuito Principe cum tumultu Epiſcopū retinere. Tu Lector, pro tua prudentiâ facile intelligis, librum non poſſe à quopiam ita accuratè, Catholiceq́ue ſcribi, quin ex eo ſententiarum particulæ decerpi poſſunt, quę per ſe ſumptę notâ dignæ videantur; vnde inferas, incubare Authorum libris (quod Pariſienſes faciunt) euulſaque ſententiarum particulas Orbi velut monſtra oſtentare, crimen eſſe generis humani odio dignum.

Propoſitio Quarta. Ex Cap. 3. n. 24.

Lex diuina non plus exigit, quàm vt ſint aliqui Epiſcopi in Eccleſiâ, tot numero ſcilicet, vt Periculum non ſit, ne totus Ordo ſubitò abripiatur ex eorum mortibus, & ſic diſperſi per mundum, vt omnibus Chriſtianis ſufficienter prouideatur de doctis & virtuoſis Sacerdotibus, ſi hoc fiat legi diuinæ ſatisfit, licèt nulli ſint Epiſcopi in Galliâ, Hiſpaniâ. aut Angliâ.

CEN-

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, Ordinis Hierarchici deſtructiua, erronea, & verbo Dei contraria.

SPONGIA.

Inuidia feracior eſt calumniarum, quàm Hydra capitum, vno demeſſo calumniæ capite, ſtatim noua ſuccreſcunt, vnde Herculeum laborem ſuſcepiſſe mihi videar; quo minùs mireris ſi inſurgam in hęc monſtra commotiùs. Dico igitur, impudentię eſſe extremæ auctori imponere quaſi dixerit abſolutè, & ſimpliciter diuinæ legi ſatisfieri, licèt nulli ſint Epiſcopi in Gallia, aut Hiſpania. Planè contrarium dicit: Nam Doctori Kelliſono vrgenti, *non eſt maior ratio cur diuina lege debeāt eſſe in Gallia & Hiſpania Epiſcopi; quam in Anglia;* hoc, inquit, *abſolutè & ſimpliciter eſt falſum; nam ſecundum præſentem temporum locorumque diſpoſitionem diuinæ legi ſatisfieri nullo modo poteſt niſi ſint in Gallia, & Hiſpania Epiſ-* *Cap. 3. n 25. pag. 108. li. 28.*

copi, quia aliter non poteſt ipſis de Sacerdotibus, ſacramentiſque ad ſalutem neceſſarijs conuenienter, & eo modo quo diuina lex poſtulat prouideri. At Anglia poteſt, vbi neque ſceptro Epiſcopali, neque Ordini quoad conſecrationem Sacerdotum locus. Hæc Auctor, addit, *indeterminatè* (inquit) *& abſtrahendo à circumſtantijs temporum, & locorum diuina lex nõ magis obligat Pontificem, vt Epiſcopos ordinet Gallia & Hiſpania quam Anglia vel Africa: vnde ſi Gallia & Hiſpania eſſent eo loco quo nũc Anglia & Africa, ſine diuina legis violatione ipſis Pontifex Epiſcopos non daret.* Hæc eſt Auctoris integra aſſertio. Ex quibus vides non dicere, diuinæ legî ſatisfieri ſine Epiſcopis in Galliâ & Hiſpaniâ; ſed contrarium, ſcilicet abſolutè, & temporum circumſtantijs perpenſis non poſſe; inde terminatè autem abſtractiuè, ſpeculatiuè ſecundum circumſtãtias, quæ finguntur, poſſe. At dicent Ordinem Epiſcopalem neceſſarium eſſe Galliç non ſolum cauſâ conſecrandi Sacerdotes, ſed etiam cauſâ regendi populum. Reſpondetur: hoc etiam Author agnoſcit, quod ſcilicet Epiſcopi quoad Ordi-

Ordinem neceſſarij ſunt, vtrâque de cauſâ, ſed diuerſo modo. Nam Ordo Epiſcopalis, ſeu poteſtas ordinis, per ſe & directè fuit inſtituta ad conſecrandos Sacerdotes, & ad hunc finem eſſentialiter neceſſaria eſt, vt à non Epiſcopo ſuppleri non poſſit. At poteſtas regiminis nō ſupponit eſſentialiter Ordinem (inquit Auctor) & ideò ſuppleri poteſt ab eo, qui non ſit Epiſcopus, *fluitque ex ordine vel conſecutione eſſentiali, vt quidam putant, vel vt alij ſentiunt, tantùm morali; eo quod ſceptrum regiminis ex decentiâ, ac dictamine rationis, Epiſcopis, qui ſunt Patres Patrum debeatur.* Cap. 3. n. 27. pag. 110. lin. 18. Hęc ſunt Auctoris verba illo loco. Hęccîne ſententia Ordinis Hierarchici diſtructiua, quæ omnibus Theologis nota, & probata? Certè non Auctor Hierarchiam deſtruit, ſed vos maleuoli Interpretes libri illius ſententiam ex odio deſtruitis, laceratis veſtem polimitam, & aptam, quâ librum Auctor ornârat, turpitudinemq́ue quam lacerando feciſtis, artifici imputatis; ſanguine hœdino, ſenſu hæretico inficitis, vt ſummo omnium Patri oſtendi poſſit, & dici, *vide ſi tunica filij tui*, hoc eſt; hominis Catho-

 lici,

lici, *ſit.* Nimirùm hoc agitis vt eum, à fera peſſima interfectum, hæreſi infectum credat. Sed quis nouit conſilium Domini; quod illi cogitaſtis ad contumeliam, fortaſſis cedet ad gloriam.

Propoſitio quinta. Ex Cap. 3. §, 4. num. 23.

Da ergo mihi multitudinem Chriſtianorum quantumcumque magnam, quæ non indiget Epiſcopo ad ordinandos Sacerdotes, & audacter dicam quod non ſit opus vt gubernator illius ſocietatis ſit Epiſcopus.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, Ordinis Hierarchici deſtructiua, & verbo Dei contraria.

Propoſitio ſexta. Ibidem.

Imò ponamus ordinationem Sacerdotum & Miniſtrorum Eccleſiæ non eſſe neceſſariam in Eccleſia; ſequitur ſtatim non eſſe opus, vt Eccleſia vniuerſalis guber-

gubernetur ab Epiſcopis, qui ſuperiores ſunt Sacerdotibus.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio falſa eſt, ſeditioſa, pernicioſam & homine Chriſtiano indignam ſuppoſitionem continet, doctrinamque inducit hæreticam.

SPONGIA.

Pergit Collector Calumniator eſſe, & ſententiam Authoris diminutè, malignè, & contra ipſius ſenſum afferre. Integra eius aſſertio hæc eſt; *Da mihi multitudinem Chriſtianorum quãtumcumque magnam, quæ non indiget Epiſcopo ad ordinandos Sacerdotes, indigebit illa quidem gubernatore, qui ſceptrum regiminis teneat; & audacter dicam, non egebit Epiſcopo, qui ſit Superior Sacerdote,* ſcilicet Ordine (nam Sceptro iam dixerat requiri Superiorem.) Quanta maleuolentia & impudentia omiſiſſe particulam illam *indigebit gubernatore qui ſceptrum regiminis teneat?* Hinc patet Authoris ſinceram & integram

lici, *ſit.* Nimirùm hoc agitis vt eum, à fera peſſima interfectum, hæreſi infectum credat. Sed quis nouit conſilium Domini; quod illi cogitaſtis ad contumeliam, fortaſſis cedet ad gloriam.

Propoſitio quinta. Ex Cap. 3. §, 4. num. 23.

Da ergo mihi multitudinem Chriſtianorum quantumcumque magnam, quæ non indiget Epiſcopo ad ordinandos Sacerdotes, & audacter dicam quod non ſit opus vt gubernator illius ſocietatis ſit Epiſcopus.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, Ordinis Hierarchici deſtructiua, & verbo Dei contraria.

Propoſitio ſexta. Ibidem.

Imò ponamus ordinationem Sacerdotum & Miniſtrorum Eccleſiæ non eſſe neceſſariam in Eccleſia; ſequitur ſtatim non eſſe opus, vt Eccleſia vniuerſalis guber-

gubernetur ab Epiſcopis, qui ſuperiores ſunt Sacerdotibus.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio falſa eſt, ſeditioſa, perniciosſam & homine Chriſtiano indignam ſuppoſitionem continet, doctrinamque inducit hæreticam.

SPONGIA.

Pergit Collector Calumniator eſſe, & ſententiam Authoris diminutè, malignè, & contra ipſius ſenſum afferre. Integra eius aſſertio hæc eſt; *Da mihi multitudinem Chriſtianorum quãtumcumque magnam, quæ non indiget Epiſcopo ad ordinandos Sacerdotes, indigebit illa quidem gubernatore, qui ſceptrum regiminis teneat; & audacter dicam, non egebit Epiſcopo, qui ſit Superior Sacerdote,* ſcilicet Ordine (nam Sceptro iam dixerat requiri Superiorem.) Quanta maleuolentia & impudentia omiſiſſe particulam illam *indigebit gubernatore qui ſceptrum regiminis teneat?* Hinc patet Authoris ſinceram & integram

mentem libro expreſſam hanc eſſe: Epiſcopos quoad poteſtatem iuriſdictionis, & ſceptrum regiminis fore neceſſarios, etiamſi ordinatio Sacerdotum neceſſaria non eſſet, tamen quoad poteſtatem Ordinis, quâ ſuperant Sacerdotem ſimplicem, non futuros neceſſarios, ſi ponamus Ordinationem Miniſtrorum non eſſe neceſſariam. Quæ aſſertio perſpicuè vera eſt, vt nemo qui verba ſingula, ſeu, vt loquuntur, terminos intelligit, & mentis compos ſit, de ea dubitare poſſit. Nam poteſtas Ordinis, quatenus ſuperior eſt; & omninò incommunicabilis Sacerdoti, eſt poteſtas generatiua Patrum, ſeu ordinatiua Sacerdotum. Quis autem mentis compos, dicat poteſtatem generatiuam neceſſariam, ſi ponamus generationem filiorum & propagationem non eſſe neceſſariam. Poteſtas quippe ordinatur ad actum, eaque poteſtas neceſſaria cenſetur, quæ reſpicit actum neceſſarium; quod ſi actus, ſeu actio non ſit neceſſaria, fieri nullo modo poteſt, vt poteſtas actiua neceſſaria ſit. Quod autem dicunt, ſuppoſitionem, eſſe falſam & homine Chriſtiano indignam, mirum eſt hos, qui Magiſtri non

Iſrael,

Iſraël, ſed Orbis haberi capiunt, hærere in principijs Logicæ, quæ pueri norunt. Quis enim Philoſophiâ vel modicè imbutus, neſciat ſuppoſitiones falſas, impias, & impoſſibiles in ſe poſſe ſanctè, piè, & vtiliter cogitatione fieri, vt rerum natura penitiùs inſpiciatur. *Spiritum Sanctum à Filio non procedere,* an non falſum, impoſſibile, blaſphemum? Et tamen Theologi Sanctiſſimi diſputant hac factâ ſuppoſitione, Si Spiritus Sanctus non procederet à filio, an diſtingueretur à filio? Appello iudicium Theologorum, an non hæc puerilis cauillatio ſit.

Propoſitio Septima. Ex cap. 3. §. 4. *num.* 28.

Donatio Confirmationis non impedit (ſi non indigeant eo Epiſcopo ad ordinandos Sacerdotes) quin grex eius dicere ei adhuc poſſit, nempè pedes capiti, non indigemus te, vt es Epiſcopus.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio verbis contumelioſis concepta eſt, inobedientiam ſuadet, ac hæreſim redolet.

SPONGIA.

Iſta Propoſitio continet ſenſum Canonis Eccleſiaſtici qui præcipit, ne inſtituantur Epiſcopi vbi neceſſarij non ſunt, ne *Epiſcopi vileſcat nomen, & honoris ſummi auctoritas*. Fateor verba Propoſitionis oſtendere Epiſcopos, ſi conſtituerentur ſolius Confirmationis cauſâ, futuros facilè contemptui; ſed hoc in nullius Epiſcopi contumeliam dicitur, cùm tales in Eccleſia Epiſcopi nulli ſint. Imò pro tuenda Epiſcoporum dignitate hoc dicitur, ne creentur, vbi nec Eccleſiam, nec Cathedram, nec Capitulum, nec veſtem Epiſcopalem, nec Conuentum, nec Tribunal habeant, nec conſecrare Sacerdotes poſſint, imò nec confirmare quidem niſi rarò pauculos, & furtim, vbi denique nihil habēt Epiſcopali dignum Maieſtate, quod agant.

Can. Audiuimus 3. q. 2.

agant. Hoc enim (vt ait Canon) in Epiſcopalis Ordinis contumeliam cederet, Kelliſonus igitur, & qui ſolius Confirmationis cauſa Epiſcopos conſtitui volunt, hi ſunt qui Epiſcopali dignitati inferre contumeliam conantur.

Propoſitio Octaua. Ex cap. 4. n. 9.

Quod in tempore perſecutionis bonum non ſit nec conueniens, nec vllum ſolatium Eccleſiæ habere Epiſcopum, cùm nullus publicus vſus ſit Religionis.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio, eſt falſa, temeraria, Eccleſiæ praxi cõtraria, eius bono nociua, ſummo Pontifici iniurioſa, eiuſque Breui pro Epiſcopo Calcedonenſi manifeſtè repugnans, ac hæretica.

SPONGIA.

Quidam lapide canem petens, errante manu, cùm nouercam percuſſiſſet, dixiſſe fertur; Ne ſic quidem ictum

perijſſe.

perijſſe. Richeriſtæ dum rigidâ Cenſurâ, cui non plus ſapidi liquoris, quàm lapidi inſit, Auctorem impetunt, S. Victorem, & Epiſcopos Africæ congregatos anathemate ſuo feriunt. An ex Caluiniano in Sanctos Patres animo dicent, ne ſic quidem Cenſuram immeritis incidere? Vel hinc pateat quanti referſt, qui libros Catholicorum obſeruant, ſemper *lanternas habere apertas*, oculos intelligentiæ perſpicaces. Dico igitur Cenſuram hanc verbis contumelioſiſſimis conceptam, non cadere in ſententiam Authoris, ſed in ſententiam S. Victoris, & Epiſcoporum Africæ congregatorum Carthagine, vt Epiſcopum ibi conſtituerent; cuius gratiam Hunnericus Rex Arianus Catholicis fecerat. Lectis conditionibus quibus Epiſcopum Rex impius indulgebat, Epiſcopi deprehenderunt rem doloſè agi, perſecutionem inſtare, & ideò creare Epiſcopum recuſarunt. *Quod Edictum* (inquit Victor) *cum nobis præſentibus vniuerſa Eccleſia legeretur, gemere cœpimus muſſitantes, quòd à meditantibus dolos malorum eſſet futura perſecutio præparata, & ita Legato dixiſſe probamur:*

De perſecut. Vandal. l. 2.

mur: Si ita eſt, interpoſitis his conditionibus periculoſis, hæc Eccleſia Epiſcopum nõ delectatur habere, gubernat eam Christus, ſicut ſemper dignatur gubernare. Iam vides Lector hanc ſententiam perſecutionis tempore, cùm nullus ſit publicus vſus Religionis, Eccleſiam de Epiſcopo nec commodum nec gaudium habere, quam Richeriſtæ damnant vt Authoris, non eſſe Authoris, ſed Sancti Victoris & Epiſcoporum Africę, quam expreſſerunt facto, verbo: *facto*; quia ingruente tam ſæuâ perſecutione Epiſcopum ordinare recuſarunt; quod non feciſſent ſi perſecutionis tempore neceſſarium aut ſummè vtilem putaſſent; *verbo*, quia dicunt *his conditionibus periculoſis*, nimirum ex quibus ſæua perſecutio certiſſimè imminebat, hęc *Eccleſia Epiſcopum non delectatur habere.* At Author hanc Patrum ſententiam approbat, certè quidem, non enim à iudicio tot ſanctiſſimorum Epiſcoporum, & Prælatorum diſſentire debebat; ſic tamen probat, vt explicet, & ſex limitationibus diſtringat, nimirum intelligi. 1. Non de Eccleſia vniuerſali, ſed particulari vnius Ciuitatis aut (a) gentis. 2. De Eccle-

(a) Cap. 4. n. 2. 3.

118. *lin.* 25. Eccleſia quæ perſecutionis tempore Sacerdotes ſine proprio Epiſcopo copioſè (b) *Ibid.* *n.* 3. *pag.* 119. (b) habeat. 3. De perſecutione tam ſęua, vt non ſit tribunali aut ſceptro Epiſcopali (c) locus. (c) *Ibid.* *n.* 4. *pag.* 120. 4. Vt nulli publici conuẽtus ad quos Catholici vnius ciuitatis promiſcuè conueniant, fieri (d) poſſint. (d) *Ibid.* & *n.* 3. 5. Quod Epiſcopus cogatur in domo priuata furtim reſidere ſine Eccleſia, ſine capitulo, ſine ſtatu (e) Epiſcopi. (e) *Ibid.* *n.* 3. 6. Vt hęc difficultas & indignitas quoad Epiſcopũ non ſit à caſu paulò poſt remouẽda, ſed ſtata & fixa, vt ex propinquo nulla ſpes meliorũ temporum (f) affulgeat. (f) *Ibid.* *n.* 3. Perſecutione ità ſæuiente in vna gente, nullum eſſe cenſent Africani Patres ab Epiſcopo cõmodum, nec proferri poteſt ex antiquitate Epiſcopi in his circumſtantijs conſtituti, vel vnum exemplum.

Quod vrgent, Breue Apoſtolicum quo conſtitutus eſt R.mus Chalcedonẽſis, contra ſe faciunt. Nihil enim ęquè ac illius inſtitutio illo tempore conuincit Summos Pontifices ſenſiſſe ſemper, & ſentire non expedire pro ſtatu perſecutionis Anglicanæ Epiſcopum conſtitui. Angli quippe Catholici cùm ſexaginta annis Epiſcopis caruiſſent, tandem

dem conſtitutus eſt Epiſcopus Chalcedonenſis. Sed quo tempore? Nimirum non antequam perſecutio ceſſatura penitus diceretur, & iam magna ex parte ceſſaſſet, ſpe Matrimonij Hiſpanici quod tractabatur. Nec vllus ignorat, modernum Epiſcopum Chalcedonenſem, non pro tempore perſecutionis inſtitutum, ſed in tempus pacis & quietis, quæ ſperabatur futura, Matrimonio Gallico conſtituto; vnde qui perſecutionis maximè tempore neceſſarium Angliæ Epiſcopū dicunt (vt dicit profectò Kelliſonus) Summorum Pontificum praxi è diametro ſe opponunt. Nam quem dare Epiſcopum vrgente perſecutione conſtanter tot per annos recuſarunt, affulgente certiſſimâ ſpe pacis dederunt. Iam opinor, ſereno ſub cælo ſumus. Nam tempeſtas omnis Cẽſurarum fulminibus intermixta, falſæ, temerariæ, Eccleſiæ praxi contrariæ, Summo Pontifici iniurioſæ, hæreticæ doctrinę, ab Anglia in Africam auerſa eſt, S. Victorem & Carthagine congregatos Epiſcopos cum Clero petit, qui flatus hos Richeriſticos ne flocci quidẽ faciunt.

Propoſitio Nona. Ex Cap. 5. num. 15.

Licèt obligatio iuſtitię, quam intrant Curati ſit ſtrictior & maioris obligationis quoad peccatum, tamen obligatio Charitatis, Obedientiæ & Religionis, quâ Religioſi ſe obligant ad adiuuandas animas, eſt altior; excellentior, & maior quoad meritum; præſertim quia tenentur ex ſtatu laborare in meſſe animarum puriori intentione, & liberiori à terrenâ mercede, quàm ſæculares Sacerdotes tenentur, qui non laborant ſine ſtipendio.

CENSVRA.

Iſta propoſitio inquantum à vinculo, quo obligantur Curati, excludit Charitatem, falſa eſt, temeraria, & verbò Dei contraria. Inquantum ex Obedientiâ, & Religioſi ſtatus inſtituto animas iuuare, in merito præfert animarum curę ex obligatione iuſtitiæ, falſa item eſt, temeraria, & preſumptuoſè aſſerta. Inquantum denique Religioſos purio-

puriori intentione teneri, ſæculares verò Sacerdotes pro ſtipendio tantùm laborare aſſerit, eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, & toti Curatorum Ordini malignè contumelioſa.

SPONGIA.

Quod de imperitis Oratoribus dicere ſolebat Cicero, conuenit omninò in hos Cenſores, eos ad vociferationem tamquam claudos ad equum confugere. Vocis enim elatæ & turbidę plurimum Cenſuræ ineſt, ſolidæ ſinceræque veritatis aut ſapientiæ nihil. Inprimis qui ſe acutos putant, tam ſunt obtuſi, vt diſtinguere neſciant inter vinculum ex obligatione charitatis, & vinculum iuſtitiæ ad opera charitatis. *Curati* obligantur ratione officij, atque adeò ex iuſtitiâ ad opera prſtantiſſimæ charitatis, at non obligantur ex charitate per ſe & propriè. Nam ſepoſitâ obligatione officij, hoc eſt, iuſtitię, non magis obligarentur quàm cęteri; cæteri autem non tenentur ex charitate ea opera exercere, ad quę Curati tenentur: igitur per ſe & propriè horum obligatio non

eſt charitatis, ſed iuſtitiæ, ſeu obligatio ex officio ad opera charitatis. Nam quamuis fortaſſis deficiat ſtipendium, tamen obligantur ex iuſtitia ratione officij quod ipſis incumbit. Vnde Superiores Regularium, licèt non habeant ſtipendium, tamen non ex mera charitate, ſed ex iuſtitia obligantur, vt notat Suarez tom. 4. in 3. p. d. 44. ſect. 3. num. 7.

Secundò, in eo quod damnant Authorem, quaſi dicat, iuuare animas ex obedientia, & Religioſi ſtatus inſtituto, in merito præferendum animarum curæ ex obligatione, mutant textum, & aliam propoſitionem damnant ab ea, quam ex Authore retulerant. Hæc quippe eſt Authoris propoſitio: *Obligatio ex voto obediẽtiæ, & ex virtute Religionis eſt altior & excellẽtior obligatione ex iuſtitia, atq; adeò* (cæteris paribus) *maior quoad meritum*; quæ eſt ipſiſſima ſententia S. Thomę 2. 2. quęſt. 88. a. 6. *Vouere* (inquit) *eſt actus latriæ, quæ eſt præcipua inter virtutes morales, nobilioris autem virtutis eſt opus meliùs, & magis meritorium, vnde actus inferioris virtutis eſt melior & magis*

magis meritorius ex hoc quod imperatur à ſuperiore virtute, & ideò actus inferiorum virtutum ſunt meliores & magis meritorij ſi fiant ex voto, quia ſic iam pertinent ad diuinum cultum tamquam ſacrificia. Ecce S. Thomas dicit opus factum ex obligatione nobilioris virtutis, eſſe nobilius, & magis meritorium, Religionem autem eſſe inter virtutes morales præſtantiſſimam, & ideò iuſtitiâ excellentiorem. Quod ſi Richeriſtę aliter ſentiunt, fortaſſis ſine errore poſſunt (nam quæ virtus ſit præſtantiſſima non ita claret) tamen quod ſententiam S. Thomæ dicunt falſam, temerariam, pręſumptuoſam, non poteſt à crimine excuſari.

3. Quod perfectionem & meritũ curę Parochialis in iuuandis animabus præferunt merito & perfectioni ſtatus Religioſi, præſertim illi ſtatui, qui ex inſtituto ad ſacerdotium & auxilium animarum ordinatur, non poſſunt neſcire ſe repugnare Sancto Thomę: ſic enim ille 2. 2. q. 184. a. 8. *Si comparatio* (inquit) *inter ſtatum Religioſum & officium curæ fiat ſecundum bonitatem, ſic præfertur ſtatus Religionis officio*

Presbyteri, Curati, vel Archidiaconi, quia Religioſus totam vitam ſuam obligat ad perfectionis ſtudium; Presbyter autem curatus, ſiue Archidiaconus non obligat totam vitam ſuam ad curam animarum ſicut Epiſcopus, nec etiam ei competit principalem curam ſubditorũ habere, ſicut Epiſcopo, ſed quadam particularia circa curam animarũ eorum officio committuntur. Et ideò comparatio ſtatus Religioſi ad illorum officium eſt ſicut vniuerſalis ad particulare, & ſicut holocauſti ad Sacrificium, quod eſt minus holocauſto. Ita S. Thomas clariſſimum lumen Chriſtianę Theologiæ & orbis. A tenebrionibus iſtis hunc non ſolum contemni, ſed etiam falſæ temerariæ, præſumptuoſæ doctrinæ notari, quis æquo animo ferat?

4. Quòd dicunt Authorem aſſerere Sæculares Sacerdotes pro ſtipẽdio tantum laborare, calumnia eſt, cuius conuincuntur ex verbis Authoris, quæ ipſimet citant, adeò enim non dicit pro ſtipendio tantum laborare, vt ne quidem dixerit pro ſtipendio laborare, ſed tantùm *ſine ſtipendio non laborare*. Stipitis eſt putare ſine ſtipendio non labora-

re,

re, idem eſſe, ac pro ſtipendio tantùm laborare. An dicent eum qui ſine ſudore non laborat, pro ſudore, & tantùm pro ſudore laborare? Author autem modeſtè & verè dixit, Curatos ſine ſtipẽdio non laborare, quia officio ſemper ſtipendium ſolet eſſe annexum; noluit autem dicere pro ſtipendio laborare, quia cogitauit eos habere poſſe, & verò habere eorum pleroſque à terrenæ mercedis cupiditate puriſſimas mentes: benè tamen loquendo non de intentione perſonę, ſed de intentione ſeu ordinatione ſtatus, dixit, Religioſos ex ſtatu habere puriorem intentionem, quia ſtatui eorum terrena ſtipendia non ſunt annexa; imò voto paupertatis longiſſimè arcentur.

Quis autem non dicet Mendicantes, qui nihil prorſus terrenę mercedis poſſidere poſſunt, ex quibus nonnulli tenentur ex voto nihil prorſus accipere, quo labores eorum compenſari videantur, non eſſe ex *vi ſtatus* minùs intentos in mercedem temporalem, quàm quorũ ſtatui terrena merces per ſe ſemper annexa eſt. De puritate *ſtatus* loquor, nõ de puritate *cordium*, ex quibus Deus

tantùm quę ſint puriora nouit. Quod autem dixit Author de puriore intentione ex vi ſtatus, tamquam certum & indubitatum aſſerit Doctiſſimus huius æui Theologus Franciſcus Suarez, cuius (rumpatur licèt inuidia) memoria viuet, cùm fuerintne hi Cenſores, niſi fortaſſis ad infamiam poſteritas ignorabit *Quamuis* (inquit) *Prælati* (*Epiſcopo inferiores*) *ſemper in hoc ſuperent. quod magis ex officio, maiorique obligatione iuſtitiæ ad talia opera præſtanda teneantur. nihilominus poteſt hoc in Religioſo compenſari, tum ex obligatione voti paupertatis & obedientia. tum ex maiori feruore charitatis, & ex puriori intentione, quam ex vi ſtatus habere poteſt & debet, nulla temporalia lucra, vel honores per huiuſmodi miniſteria quærendo.* Ita Theologus toto Catholico orbe laudatus, quem hactenus ob hoc dictum nemo reprehendit. *Lacon* quidam cùm luſciniam deplumaſſet, conſpecto tenuiſſimo corpore, *vox, vox* (inquit) *es, & prætereà nihil.* Hoc verè in Cenſuram; ſed intereſt, quod luſciniæ vox varia, ſuauis & amœna, Cenſurę ſemper eiuſdē ſoni

ſoni triſtis, & funeſta,

——*Strepitat ferali Carmine Bubo.*

TITVLVS QVARTVS.

De Hierarchia & Regularibus.

Propoſitio Prima. Ex cap. 5. §. 1. num. 3.

QVod Regulares ſunt de Hierarchia abſolutè, & non tantum in hoc aut illo ſenſu, articulum fidei eſſe puto.

CENSVRA.

Author nouum, eumque falſum fidei articulum fingit.

SPONGIA.

Author non nouum articulum fingit, ſed Collector antiquum obtinet, hoc eſt calumniari pergit, malignèque Authoris ſententiam referre. Author loquitur de Hierarchia in ea ſignificatione, quam D. Kelliſonus ſuo opere tractat, nimirum vt ſumitur *pro corpore*

Vide Author. n. 3. *in quo ſunt caput, oculi, manus, pedes aliaque membra* diuerſarum functionũ; pro exercitu, in quo Imperator, Legati, Legionarij, Centuriones, Decuriones, Milites gregarij &c. Hoc ſenſu Hierarchia aliud non eſt, quam Eccleſia Catholica; tam autem certũ eſt Regulares eſſe de Hierarchia, quam eſt de Eccleſia eſſe: quod opinor, iſti non audebunt apertè dicere non eſſe fidei.

Propoſitio Secunda. Ibidem n. 6.

Regulares, vt Regulares, ſunt Preſbyteri & prædicatores, non quod ex inſtitutis ſuis fiant formaliter Sacerdotes; ſed quia officium & vocatio Preſbyterij eſt cum inſtituto ſuo & ſtatu connaturaliter & neceſſariò coniuncta.

CENSVRA.

Iſta propoſitio eſt falſa, temeraria, Ordinis Hierarchici perturbatiua, & erronea.

Tertia

Propoſitio Tertia. Ibidem.

Religioſus, qui non eſt adhuc Sacerdos, nondum venit ad perfectionem ſuæ vocationis.

CENSVRA.

Iſta propoſitio abſolutè prolata eſt falſa, temeraria, ordinis Hierarchici perturbatiua, erronea, multis Sanctis Religioſis, imò & nonnullis ordinum Regulariũ primis auctoribus iniurioſa.

SPONGIA.

Hanc geminam Cenſuram vna Spõgiâ eluo, nimirum hac, qua ſæpe vſi ſumus, ac vti ſępe debemus, Miram eſſe Collectoris, ſeu Interpretis in mentiendo libidinem. Authori propoſitiones imponit, quas tum ex titulo paragraphi, tum ex tota ſerie diſputationis conſtat eſſe aſſerta Doctoris Kelliſoni, quę Author non recipit abſolutè, ſed cum explicatione & reſtrictione. Hoc oſtendo. *Hierarch. c. 8. n. 4.*
Dixerat D. Kelliſonus *Religioſos, quà*

Religioſos, eſſe eminentia membra Ecclesiæ, & ordinari vt Epiſcopos iuuent, iiſque aſſiſtant in habendis concionibus, & confeſſionibus audiendis. Ex hoc dicto contendit Author ſequi Religioſos, quà Religioſos, eſſe Sacerdotes. *Nam ſi, quà Religioſi, ordinantur ad audiendas Confeſſiones, cùm nullus poſſit confeſſiones audire niſi Sacerdos, ſequitur, quà Religioſos, eſſe Sacerdotes.* Ita Author. Conſequentia euidens eſt, ipſe tamen non abſolutè admittit antecedens, atque adeò neque conſequens, ſed cum reſtrictione quam adhibet his verbis. *Quod dicitur Regulares quà Regulares, ordinari ad Confeſſiones audiendas (intellige aliquos Regularium ordines) confirmatur ex alio dicto Doctoris &c.* Vides lector, hoc dictum, Regulares quâ Regulares ordinari ad audiẽdum Confeſſiones, atque adeò eſſe Sacerdotes, Doctoris Kelliſoni eſſe, ab Authore nõ approbatũ niſi cum reſtrictione, quod non de omnibus, ſed tantùm de aliquibus ordinibus intelligi debeat, nimirũ illis, quibus ex ipſa natura inſtituti, debeatur Sacerdotium, cùm ad actiones ex inſtituto ordinentur, quę ſine Sacerdotio

Ibid. n. 7. pag. 142.

datio peragi non poſſunt. Author quidem numquam reprehendit hoc dictũ D. Kelliſoni, quia numquam ipſi venit in mentem aliter intelligere ipſius dictũ, Religioſos quà Religioſos ordinari ad audiendum Confeſſiones, quàm quod hoc tantùm diceret de quibuſdam, & cùm ſit indefinita in materia contingenti, non eſt de rigore Vniuerſalis; quicquid ſit, Author adhibuit reſtrictionem, vnde videas iniquitatem cenſuræ. Propoſitionem abſolutè prolatam cenſent falſam, temerariam, Ordinis Hierarchici deſtructiuam, erroneam, multis ſanctis Religioſis, & Religionum nonnullis fundatoribus iniurioſam: Propoſitionẽ abſolutè, & ſine vlla reſtrictione protulit D. Kelliſonus, in quem tamen nihil prorſus hoc nomine commouentur, nullam in eo maculam ſeu notam dicunt. Author propoſitionem ex eodem refert, nec abſolutè approbat, ſed cautè, diſtrictè, & expreſſè monẽs de aliquibus intelligi, non abſolutè de omnibus; eum tamen velut abſolutè de omnibus aſſerentem omni quâ poſſunt verborum acrimonia inclamant, falſum, temerarium, Hierarchiæ deſtructorem,

neſcio

neſcio quibus Sanctis & Ordinum fundatoribus iniurioſum. Rectè Ageſilaus, *Si iuſti omnes eſſemus, fortitudine opus non eſſet*, ita è contra, vbi regnat iniuſtitia, muſcę capiuntur aranearum & calumniarum telis, quas fortiores beſtiæ facile perrumpunt.

——*Dat veniam coruis, vexat Cenſura columbas*:

quod etiam fit in Cenſura, quæ proximè ſequitur.

Propoſitio Quarta. Ex Cap. 5. §. 1. *num*. 8.

Hic D. Paulus (1. Cor. 12. v. 28.) duo intendit. Primum, deſcribere varietatē ſtatuum miniſtrorum & officiorum in Eccleſia, id eſt, ordines Hierarchiæ vt D. Doctor dicit, nec aliquis dubitat. Secundum, numerare illa officia in ordine 1. 2. & 3. ſecundum gradus & eminentiam loci, vti textus oſtendit. Hinc ſi in hoc loco D. Paulus collocat Regulares ante ſacerdotes ſæculares, tunc locus Regulariū eſt altior & eminentior, & propior capiti. ſed quomodo hoc probari poteſt? Quia S. Paulus ponit

ponit *opitulationes*, id eſt *auxiliatores* ante *gubernationes*, id eſt, *gubernatores*. Nam ſic ait, *opitulationes, gubernationes*, primùm adiutores, deinde gubernatores. ſed *opitulationes* ſunt Regulares, quorum officium eſt adiuuare Epiſcopos & aſſiſtere illis: *gubernatores* ſunt ſæculares ſacerdotes habentes gubernationem animarum &c. *Et paulò poſt*. Ergo ſecundum S. Paulum & veritatem, Regulares ſunt altioris gradus in Eccleſia, quàm ſæculares ſacerdotes.

CENSVRA.

Inquantum ex S. Paulo deducere intendit Regulares eſſe gradus excelſioris in Eccleſia, quàm ſacerdotes ſæculares, qui animarum regimen habent, eſt falſa, temeraria, erronea, & præſumptuoſè aſſerta. Inquantum verò Apoſtolum nomine *opitulationum* Regulares intelligere aſſeuerat prout aſſiſtũt Epiſcopis & abſque gubernatione immiſcentur Sacramentorum adminiſtrationi, ridicula eſt, & vel ignoranter, vel malitioſè Apoſtoli verba in alienũ ſenſum detorquet.

SPON-

SPONGIA.

Expoſitio, quæ nomine *Opitulationum* apud D. Paulum Regulares intelligit, non eſt Authoris, ſed Doctoris Kelliſoni. Hoc patet ex titulo paragraphi, ex initio numeri, ex quo propoſitio ſumitur: & verò patuiſſet etiam vel ex ipſo textu, quem citant, ſi eum integrè retuliſſent; & niſi textum recitando hæc verba tranſilijſſent, *Hoc qui probari poteſt, ſcilicet à Sancto Paulo Regulares dici Opitulationes? Quis ita exponit? Ipſe D. Doctor*. Ita Author, & citat locum Doctoris, quo expoſitionẽ illam tradit. Hæc verba Collector, ſeu iuratus teſtis tranſilit, & ita ſaltitat de ſententia in ſententiam, de Authore in Authorem, quodque ab vno dicitur, alteri imponit. Hoccine Sacerdotem & Theologię Magiſtrum decet? Cicero ſaltationem dicit in nequitia eſſe extremum, nihil probroſius nomine ſaltatoris dici in Conſulem Populi Romani potuiſſe. Quantæ ergo turpitudinis Sacerdotem populi Chriſtiani de Authore in Authorẽ periuri teſtimonij leuitate deſultare? Scribit ille Philoſophus quod

Apol. c. 5. n. 8. pag. 143.

Oratio pro Murena.

Plutarc. in connubialibus præceptis.

quod ſaltationis pudebit mulierẽ Geometriæ gnaram, & periurę ſaltationis non pudebit ſacræ Theologiæ Magiſtrum? O quàm ipſum pigeret, ſi reuerà ſapiĕtiſſimus magiſter, ſi Theoſophus, ſi Ouranometra eſſet, *ſi ſaperet, ac intelligeret, & nouiſſima prouideret*, ſi Iudicem audiret arguentem & minantẽ, *ſedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum; exiſtimaſti inique quod ero tui ſimilis, arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* *Pſal.* 49.

Hęc oſtendunt authorem excuſari, licèt expoſitio digna notâ aliqua eſſet, quantò magis cùm ſit Catholicorũ Interpretum, tantę authoritatis, vt eam vocare ridiculam, verbi Dei abuſiuam, impiam, propè blaſphemia ſit. Incipiam ab Authore quem Sorbona magni facere debet, de quo Gerſon ipſorum Cancellarius ſic ſcribit: *Ille ſingulariter inter omnes Doctores Catholicos pace omnium ſaluâ, videtur idoneus, & ſecuriſſimus ad illuminandum intellectum*. Hic eſt Doctor Seraphicus Sanctus Bonauentura, qui verba Sancti Pauli de Regularibus interpretatur: *Tom.* 1. *col.* 571. *tract. de libris legendis conſ.* 8.

Fratres,

Fratres, inquit, *qui miſſi prædicant in humilitate & paupertate ſimiles ſunt Apoſtolicis viris & non Pſeudoprophetis, quia verò non habent illam plenitudinẽ poteſtatis quam habent Prælati & habuerunt Apoſtoli; ideo inter Opitulationes numerandi ſunt dicente Paulo, poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde Opitulationes.* Eamdem expoſitionẽ ſequitur Doctor Angelicus. Nam dicit nomine Opitulationũ intelligi eos qui iuuant Prælatos Maiores in regimine Vniuerſalis Eccleſię. His autẽ maioribus Prælatis deſeruire & opitulari eſſe proprium iſtius Religionis quę ordinatur ad prædicandum. Sanctũ Thomam citat & ſequitur Salmeron, qui dicit, Nuſquam legi ſeptuaginta duobus Diſcipulis, Apoſtolorum Opitulatoribus, determinatas Parochias fuiſſe aſſignatas, & ideo Opitulationum nomine rectè intelligi Regulares, qui ſummo Pontifici ex voto obligãtur, vt animas iuuent in quauis Orbis parte. Idẽ docuerat & notauerat longè antè Cardinalis Caietanus 2. q. 188. art. 4. ad 3. vbi dicit hoc munus Opitulationum

De paupertate Chriſti p. 422 edit. Venet. Anno 1534.

num magis conuenire Delegatis, hoc eſt Regularibus, quã Curatis. *Et nota,* inquit, *rationem quare oportuit tales Religioſos ad huiuſmodi miniſterium aſſumere, ſcilicet propter multitudinẽ fidelis populi, & difficultatem inueniendi Curatos ſufficientes & idoneos: & ſub hac ratione includitur alia, quia ſcilicet de facto malè conſultũ populo Chriſtiano inuenitur ſine huiuſmodi ſupplemento, quod Deus dedit, & Romanus Pontifex gratioſè ſuſcipiendo approbauit. Sed non omnes capiunt verbum iſtud.* Et hęc opinio, ſufficienter demõſtrant quàm temerè hæc expoſitio velut ridicula & impia contemnatur.

Hinc infertur, propoſitionem Authoris quod Regulares, qui ordinantur ad prædicandum ſunt de Hierarchia eminenti quodam loco, eſſe ſaltem probabilem. Nam ſanctus Paulus 1. Cor. 12. declarat diſtinctionem & ſubordinationem Hierarchicam, quæ eſt in Eccleſia: vnde ad probandam Hierarchiã hoc teſtimonio vtitur Concilium Tridentinum ſeſſion. 23. cap. 4. Numerat autem Apoſtolus eos, qui de Hierarchia ſunt ordinatim, primò, ſecundo,

tertio

tertio, præponit etiam Opitulationes Gubernationibus vt textus oſtendit. Igitur Religiones, quæ ſunt ex inſtituto Opitulationes, & ſubſeruiunt ſummo Pontifici in regimine Vniuerſalis Eccleſię pręferendæ ſunt inſtituto Gubernationum, quæ curæ animarum vnius Parochiæ alligantur.

Cuius aſſertionis vt pateat quàm inconſideratè Richeriſtæ eam vocant falſam, temerariam, erroneam, præſumptuoſam, quatuor teſtes adhibebo grauiſſimæ Authoritatis. A Gallia incipiam, & à libro recenter edito D. Franciſci Fontani Concionatoris Regij, qui etiam affert teſtimonium Reuerendiſſimi Epiſcopi Geneuenſis, quem meritò vocat, Sanctum Carolum Francię. Hic contra negantes Regulares de Hierarchia eſſe, hac eſt vſus oratione: *Neſcio vbi Domini mei ſuam conflarũt Hierarchiã, nec vbi diſtinctiones iſtas excogitarunt. Cùm placuerit, ipſis demonſtrabo, Religioſos vnũ eſſe ex importãtiſſimis veræ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ mebris; illũ autẽ, qui præ ſe fert, ſe velle tantũ Religioſos deijcere, quod etiã Epiſcopos deijcere vellet, imò ipſũ Papã.* Hoc in Gallia

Pag. 79.

inſcri-

ſcribitur, hoc Pariſijs publicatur, intra Sequanã docetur;quo omiſſo, Richeriſtæ ad excidendam hanc herbã vltra Oceanũ falcẽ mittunt in Anglicanũ ſolũ. Ridiculè. Prius domi incipiant à Concionatore Regio, R.mum. Epiſcopũ Geneuenſem, clarum doctrinâ & ſanctitate vitæ, ſanctorum Catalogo dignum, impium & erroneum declarent, quod vbi fecerint quid reuerentiæ Cenſuris eorum debeatur, Angli cogitabunt. Ex Italia, B. Petrus Damianus Cardinalis & Epiſcopus Oſtienſis hanc Controuerſiam tractauit in opere Epiſtolarum ſuarum, iuſſu ſummorum Pontificum Clementis VIII, & Pauli V. cum approbatione Sacri Palatij editarum; vbi Clero ſæculari dogmatizanti Monachos non eſſe de Eccleſia, hoc eſt, Hierarchica eiuſdem parte, ſic ſcribit: *Multum fratres chariſſimi, ſi digni eſtis audire, miramur, quomodo, vel ob quam cauſam, conamini nos à cõſortio & vnitate Eccleſiæ vniuerſalis ſeparare, cùm conſtet à Monachis Vniuerſalem Eccleſiam eſſe fundatam & gubernatam, & à diuerſo errore cribratum.* Et paulò poſt. *Ne longiùs toxica huius veneni ſerpant, manifeſtè*

nifeſtè oſtendimus anteceſſoribus noſtris præ omnibus Clericis, *hæc Sacramenta licitum fuiſſe contingere & diſpenſare.* Hæc B. Petrus Damianus, opere etiam Pariſijs edito, apud Sebaſtianum Cramoyſi. In hunc librum Schola Richeriſtica mutior piſce eſt. O Heroicos errorum hoſtes! Contra eos, qui coram in facie, & linguâ quam intelligunt, Regulares eſſe de Hierarchia ſuperiori ad Clericos ſæculares loco conſtanter aſſerunt, mutire non audent. Tantùm Sorbonicis telis victimæ cadunt Angli, vt meritò dicere poſſint.

—— *Nos animæ viles, inhumata, infletaque turba.*

Addamus tertium, S.R.E. Card. Albanenſem Diuum Bonauenturam, qui libro de Apologia pauperum habet hæc verba: *Penſatis omnibus, nulli debet videri iniurioſum & ſuperfluum ſi cæleſti Hierarchiæ placuit, aliquos ad hoc opus, & ſi non neceſſitate conſtrictos, ſed charitate inductos eligere, quos & ſubcæleſtis Hierarchia voluit & debuit approbare.* Quo libro ſoluit argumenta aduerſariorum, & concludit Regularium iſtorum acceſſu ornari nō deornari Hierarchiam.

Apolog. pauperū 4. reſp. 3. par. art. 1.

rarchiā. Quartus accedat ſanctus Thomas, non quidem Epiſcopus, ſed, quod coram Deo maius eſt, Archiepiſcopatus Neopolitani recuſator 2. 2. q. 188. art. 6. *Sicut*, inquit, *maius eſt illuminare, quàm lucere ſolùm, ita maius eſt contemplata alijs tradere, quàm ſolùm contemplari: ſic ergo ſummum gradum in Religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ &* propinquiſſimæ *ſunt perfectioni Epiſcopali, ſicut & in alijs rebus fines primorum coniunguntur principijs ſecundorum, vt Dionyſius dicit in 7. cap. de Diuinis Nominibus*. Ita D. Thomas Regulares quoad exercitium actuum Hierarchicorum præfert Curatis. Nam ſi inſtitutum Curatorum eſſet perfectiſſimum poſt Epiſcopale & ei proximum, tunc hæ religiones non eſſent propinquiſſimę Epiſcopali perfectioni, nec illi coniungerentur, tamquam ſecunda primis, ſed ſubiungerentur Parochis, tamquam tertia ſecundis. Ex his nimirum patet propoſitioni Authoris nihil temeritatis, erroris, aut prǽſumptionis ineſſe. Vt autem, quid Theologicè in hac quæſtione verius ſit, decidatur, notanda eſt diſtinctio Hierar-

chiæ, quæ lucem huic quæſtioni affert, à Gerſone Sorbonæ Principe tradita, quã propterea noſtri Magiſtri non reijcient, his verbis: (a) *In Angelica Hierarchia,* inquit, *licèt quilibet Angelus ſit immediatè formatus à Deo, nihilominus quoad exercitium actuum Hierarchicorum, qui ſunt purgare, illuminare, perficere, tres primi Ordines Hierarchizant non Hierarchizati ab alijs, tres medij Hierarchizantur & Hierarchizant, tres infimi Hierarchizantur, & non alios Angelos Hierarchizant. Papalis autem authoritas cum Cardinalibus imitatur primam, alteram verò mediam imitatur Patriarchalis, Archiepiſcopalis, Epiſcopalis & Sacerdotalis authoritas in habentibus ſubiectos ſibi, quod dicitur propter Curatos, vel etiam ſolos Titulares Epiſcopos carentes plebe. Vltimi ſunt inſtar tertiæ Hierarchiæ, qui Hierarchizantur in Eccleſia, ſed non alios authoritatiuè Hierarchizant, quemadmodum ſunt populi, & ſimplices Religioſi ſecundum Dionyſium.* Hęc Gerſon. Quâ diſtinctione ſuppoſita, duas conſtituo concluſiones.

(a) *De poteſt. Eccl. conſid. 9. in fine. Tom. 1. Col. 125.*

PRIMA eſt, Regulares quâ Regulares,

gulares, ſeu ſimplices Religioſi, ſimpliciter & abſolutè eſſe de Hierarchia Eccleſię. Patet, quia non ſolum qui ſunt de Hierarchia hierarchizante, ſed etiam qui de Hierarchia hierarchizata dicendi ſunt ſimpliciter de Hierarchia, Da oppoſitum, iam tresinfimi Ordines Beatorum ſpirituum, Principatus, Archangeli, Angeli, non erunt ſimpliciter cæleſtis Hierarchiæ. Hierarchizātur enim, vt ait Gerſon, & non alios Angelos Hierarchizant: ſed Religioſi etiam ſimplices ſunt de Hierarchia Eccleſiæ Hierarchizatâ: igitur ſimplicitèr & abſolutè dicendi ſunt de Hierarchia Eccleſiæ.

Hæc eſt ſententia S. Dionyſij, cuius authoritas hac ex parte cęteris omnibus præfertur. Is cap. 3. cæleſtis Hierarchiæ dicit, *Ad rationem Hierarchiæ pertinere non ſolùm purgare, ſed etiam purgari, non ſolùm illuminare, ſed illuminari, non ſolùm perficere, ſed etiam perfici.* Quid hoc aliud eſt, quam perſonas non ſolùm hierarchizantes, ſed etiam hierarchizatas de Hierarchia eſſe, & ad eam eſſentialiter pertinere? Et cap. 1. Eccleſiaſticæ Hierarchiæ, *Qui Hierarchiam*

chiam dixerit, omnium ſimul ſacrorum dixerit diſpoſitionem ſeu ordinationem. Et cap. 5. dicit. Eccleſiaſticam Hierarchiam trifariam diuidi, *in ſacra, quæ à Pontificibus exercentur, in Miniſtros & in eos, qui initiantur.* Denique dicit *tertiam Hierarchiam,* ſeu hierarchiam hierarchizatam in tres ordines diuidi, *horum qui purgantur, horum qui illuminantur, horum qui perficiuntur.* In hac autē Hierarchia ſupremos eſſe Monachos. *Omnium,* inquit, *Ordinum, qui initiantur, aut perficiuntur, ſupremus eſt Ordo Monachorum ſacer, vtpote omni piaculo expiatus, quantum vires ferre poſsint.* Alia poſſent adduci innumera ex S. Thoma, S. Bonauentura, & alijs Theologis, quæ breuitatis cauſâ omitto. Hæc ſatis ſuperque demonſtrāt perſonas hierarchizatas eſſe ſimpliciter de Hierarchia, & inter has perſonas Monachos altiſſimū tenere locum, vt ineptiſſimum fuerit, Propoſitionem, *Regulares eſſe de Hierarchia,* tanquam abſolutè falſam damnare.

SECVNDA Concluſio. Religiones quæ ordinantur ad docendum, & prædicandum, pertinent ad Hierar-

chiam

chiam hierarchizantem.

Hęc concluſio probatur ſoluendo argumentum quod contrà ſolet adduci ex authoritate ipſius S. Dionyſij dicentis; *Monachos in Eccleſiaſtica Hierarchia non habere ſtatum perficiētium, ſed perficiendorum* : & Hieronymi aſſerentis, *quod Monachus non docentis ſed plangentis habet officium*; & ex eo quod ſacri Canones decernunt, Monachos iuxta ſui nominis interpretationem ſolitariæ vitæ deputatos, intendere debere ſaluti propriæ non alienæ. Ad hæc reſpondet Seraphicus Doctor his verbis; *Intelligāt huiuſmodi dicta Patrum & Canonum de Ordine Monaſtico pro eo tempore fuiſſe pronunciata, quo erant inter eos perſonæ laicales & imperitæ, non Sacerdotes & literatæ. Nam ſicut idem vir Hierarchicus docet, quod Monachorum eſt purgari, illuminari, & perfici, ſic etiam illud non reticet, quod purgare, illuminare, & perficere ad ordinem ſpectat Sacerdotalem*. Ita D. Bonauentura ex cuius verbis non ſolùm ſoluitur obiectio aduerſariorum, ſed ducitur firmum argumentum pro noſtra ſententia, hoc modo. Ordo Sacerdotalis eſt Hierarchicus,

In Apolog. pauperum.

chicus, quia ordinatur ad purgandum, illuminandum, & perficiendum: Igitur Religiones, quæ ex ſe ſuoque inſtituto ordinantur ad purgandum, illuminandum, & perficiendum, ſunt ex ſuo inſtituto Sacerdotales & Hierarchicæ; huiuſmodi ſunt religiones Mendicantium, præcipuè Ordo Prædicatorum S. Dominici, & Seraphicus S. Franciſci; & cum cęteris, ſi non ſupra cæteros, Ordo ſanctiſſimus Almifici Patris S. Benedicti, qui Conſtitutionibus Apoſtolicis ordinatus reperitur ad Sacerdotium, & Hierarchizandum, primuſque omnium Ordinum ex inſtituto hunc Hierarchicum honorem meruit.

De Societate autem IESV, ſic ſcribit Lelius Zecchius ſæcularis in Italia, & Romæ Prælatus. *Societas Ieſu Authore Beato Ignatio de Loyola anno 1540. qui docent, prædicant, ædes inſtituunt, Sacramenta præbent, purgant illuminant, & perficiunt; & iuuentutem in purgatis litteris erudiunt, iuxta antiqua inſtituta, vt in Monaſterijs & Eccleſijs ſcholæ haberentur, quæ & alij multi Religioſi præſtant.* Hæc ille, ex quibus efficitur hunc Ordinem reliquoſque

De Repub. Eccleſiaſt. tit. de Reg. c. 2.

ſimiles

ſimiles eſſe Hierarchicos,ſeu Hierarchizantes. Nam quid eſt alios ex inſtituto purgare, illuminare, perficere, niſi ex inſtituto Hierarchizare? Hoc confirmo ex verbis Concilij Tridentini. *Si quis dixerit in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ conſtet ex Epiſcopis, Presbyteris. & Miniſtris, anathema ſit.* Hoc Canone aduerſarij vtuntur, quem tamen in ipſos retorqueo. Nam Concilium nomine Epiſcoporum, Presbyterorum,& Diaconorum non intelligit ſolùm eos, qui ſunt ordine Epiſcopi, vel Presbyteri vel Diaconi, ſed omnes qui officio poteſtate, inſtituto vitæ, ſunt vel Epiſcopi, vel Presbyteri vel Diaconi, licèt fortaſſis ordine tales non ſint. Hoc oſtendo. 1. quia ſi quæſtio ſit,an ſolo ordine Epiſcopus carens plebe,ſit de Hierarchia hierarchizante, Gerſon clariſſimè inſinuat non eſſe.Nam dicit de Hierarchia hierarchizante eſſe Epiſcopos, & Curatos habentes plebem ſubiectam ſibi: quod dicitur, inquit, propter Curatos, vel etiam ſolos Titulares Epiſcopos carentes plebe; quaſi diceret, hos de Hierarchia Hierarchizante nequaquam cen-

cenſeri. Non igitur tantùm Conſecratio, ſed officium vitęq; inſtitutum, quod ſit Epiſcopale, vel Sacerdotale, vel Diaconi, conſtituit & ordinat Hierarchiā. 2. Quia alioqui ſi ſummus Pontifex eligatur, qui necdum eſt Diaconus, ſequeretur eum non eſſe de Hierarchia, cùm tamen de fide ſit eum eſſe Principem Hierarchiæ & Epiſcoporum Epiſcopum. Neminem latet plures eſſe in Eccleſia Epiſcopos officio, qui ordine necdum ſunt Diaconi, quis tamen eos negauerit eſſe Hierarchię & Hierarchas? Quot itidem intelligi debet de Parochis, qui necdum ſunt ſacris ordinibus initiati. 3. Quia alioquin ſequeretur S. R. Eccleſiæ Cardinales, quâ Cardinales, non eſſe de Hierarchia, ſi ordine careant vel iuriſdictione Paſtorali: quod certè eſt falſum, & illorum Eminentiæ iniurioſum. Sunt enim ipſo vitæ inſtituto de Hierarchia altiſſimo loco, cùm ſint omnes ex dignitate ſtatus, vel Epiſcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, licet fortaſſis ordine necdum ſint. Hoc poſito: quod negari non poteſt, hoc conficitur argumentum. Omnes, qui ſunt ordine ac inſtituto vitæ ſiue officio, vel Epiſcopi,

copi, vel Presbyteri, vel Diaconi; ſunt de Hierarchia, de qua loquitur Concilium Tridentinum: ſed Regulares, qui ex inſtituto ordinantur ad docendum, Confeſſiones audiendum, prędicandum, ſunt ex vitæ inſtituto Sacerdotes, & deſtinati ad exercenda officia Hierarchica Sacerdotum ex ipſo vitæ inſtituto; Igitur ſunt de Hierarchia, quatenus de ea loquitur Concilium Tridentinum. Dicet aliquis Concilium Tridentinum loquitur de Hierarchia Eccleſiaſtica diuinitùs inſtituta: at hæ Religiones non ſunt diuinitus inſtitutæ in particulari; non igitur pertinent ad Hierarchiam Concilij Tridentini, ſeu diuinitùs inſtitutam. Reſpondet in primis S. Bonauentura libro, cui titulus, *Cur fratres Minores prædicent*, his verbis: *Sedes Apoſtolica ad obuiandum præfatis periculis remedium ſubuentionis animabus pereuntibus prouidit, quod* DIVINA ODINATIONE *quoſdam Religioſos Ordines inſtituit, qui officio prædicationis & confeſſionis ſibi commiſſo ſubueniant indigentiæ populorum & inſufficientiæ Clericorum.*

Hęc Doctor Seraphicus, Gerſonis teſtimonio

ſtimonio omnium ſecuriſſimus. Et in *Apologia pauperum* dicit, Ordines Mendicantes à cæleſti Hierarchia miſſos, quos ſub cæleſtis debuit approbare. Sed quia vt monuit Caietanus, *non omnes capiunt verbum iſtud*, ideo aliter dico, Hierarchiam Eccleſiæ eſſe diuinitùs inſtitutam quoad ordines Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, non eſſe tamen diuinitus inſtitutam in particulari quoad omnes ſtatus, inſtituta, officia, qui his Ordinibus annectuntur. Alioqui Parochi non erunt de Hierarchia Concilij Tridentini, cùm eorum officium non ſit immediatè diuinitùs inſtitutum, ſed ab Eccleſia in ſubſidium Epiſcoporum excogitatum, vt ferè omnes Theologi conſentiunt. Dices ſecũdò, illi tantùm ſunt de Hierarchia hierarchizante, qui authoritatiuè hierar-
[illegible] vel vt loquitur Gerſon, tam-
[illegible] minantes & Principantes: at
[illegible] hierarchizant quidem ſeu pur-
[illegible] ciunt, ſed non
[illegible] Principes veriq;
[illegible] Concilium Tri-
[illegible] vt qui ſunt de
[illegible] zant vt Principes;
ſed

ſed tantùm vt hierarchizent tamquam vel Epiſcopi, vel presbyteri, vel miniſtri, vnde de Hierarchia ſunt qui tantũ miniſterialiter hierarchizant. Ipſe Sanctus Dionyſius vnum Ordinem Hierarchiæ hierarchizantis, ſcilicet purgatiuũ conſtitui ex Miniſtris; igitur Hierarchizatiq authoritatiua, ſubordinata & miniſterialis ſufficit vt quis de Hierarchia hierarchizante ſit. Alioquin ſi nemo ſit de Hierarchia, niſi qui exercet officiũ Sacerdotis vel Diaconi vt Principes, valde dubium reddetur, an Parochi ſint de Hierarchia, cum ferè omnes Theologi dicant eos non eſſe verè proprieque Prælatos; Nam propriè Prælatus dicitur, qui iuriſdictionem habet in foro externo, quâ Parochi carent, ſeu eam habent ex iure communi. Hæc Richeriſtę ſi poſſunt, argumentis confutent, nec tantum vociferari pergant, *Nihil enim facilius*, inquit Hieronymus, *quàm contra quælibet congerere maledicta, non crimina, ſed cum ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel propoſuerit aliquid de ſcripturis, vel audierit proponentem, tum ſudabis, hærebit.*

Lelius Zecchius de Rep. Eccleſ. Tract. de Prælat. c. 1.

Epiſt. ad Domnionem.

Præ-

ſtimonio omnium ſecuriſſimus. Et in *Apologia pauperum* dicit, Ordines Mendicantes à cæleſti Hierarchia miſſos, quos ſub cæleſtis debuit approbare. Sed quia vt monuit Caietanus, *non omnes capiunt verbum iſtud*, ideo aliter dico, Hierarchiam Eccleſiæ eſſe diuinitùs inſtitutam quoad ordines Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, non eſſe tamen diuinitus inſtitutam in particulari quoad omnes ſtatus, inſtituta, officia, qui his Ordinibus annectuntur. Alioqui Parochi non erunt de Hierarchia Concilij Tridentini, cùm eorum officium non ſit immediatè diuinitùs inſtitutum, ſed ab Eccleſia in ſubſidium Epiſcoporum excogitatum, vt ferè omnes Theologi conſentiunt. Dices ſecūdò, illi tantùm ſunt de Hierarchia hierarchizante, qui authoritatiuè hierarchizant, vel vt loquitur Gerſon, tamquam Dominantes & Principantes: at Religioſi hierarchizāt quidem ſeu purgant, illuminant, perficiunt, ſed non authoritatiue, non vt Principes veriq; Prælati. Reſpondetur. Concilium Tridentinum non requirit vt qui ſunt de Hierarchia hierarchizent vt Principes,
ſed

ſed tantùm vt hierarchizent tamquam vel Epiſcopi, vel presbyteri, vel miniſtri, vnde de Hierarchia ſunt qui tantū miniſterialiter hierarchizant. Ipſe Sanctus Dionyſius vnum Ordinem Hierarchiæ hierarchizantis, ſcilicet purgatiuū conſtitui ex Miniſtris; igitur Hierarchizatio authoritatiua, ſubordinata & miniſterialis ſufficit vt quis de Hierarchia hierarchizante ſit. Alioquin ſi nemo ſit de Hierarchia, niſi qui exercet officiū Sacerdotis vel Diaconi vt Principes, valde dubium reddetur, an Parochi ſint de Hierarchia, cum ferè omnes Theologi dicant eos non eſſe verè proprieque Prælatos; Nam propriè Prælatus dicitur, qui iuriſdictionem habet in foro externo, quâ Parochi carent, ſeu eam habent ex iure communi. Hæc Richeriſtę ſi poſſunt, argumentis confutent, nec tantum vociferari pergant; *Nihil enim facilius*, inquit Hieronymus, *quàm contra quemlibet congerere maledicta, non crimina, ſed cum ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel propoſuerit aliquid de ſcripturis, vel audierit proponentem, tum ſudabit, tum hærebit.*

Lelius Zecchius de Rep. Eccleſ. Tract. de Prælat. c. 1.

Epiſt. ad Domnionem.

ſtimonio omnium ſecuriſſimus. Et in *Apologia pauperum* dicit, Ordines Mendicantes à cæleſti Hierarchia miſſos, quos ſub cæleſtis debuit approbare. Sed quia vt monuit Caietanus, *non omnes capiunt verbum iſtud*, ideo aliter dico, Hierarchiam Eccleſiæ eſſe diuinitùs inſtitutam quoad ordines Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, non eſſe tamen diuinitus inſtitutam in particulari quoad omnes ſtatus, inſtituta, officia, qui his Ordinibus annectuntur. Alioqui Parochi non erunt de Hierarchia Concilij Tridentini, cùm eorum officium non ſit immediatè diuinitùs inſtitutum, ſed ab Eccleſia in ſubſidium Epiſcoporum excogitatum, vt ferè omnes Theologi conſentiunt. Dices ſecūdò, illi tantùm ſunt de Hierarchia hierarchizante, qui authoritatiuè hierarchizant, vel vt loquitur Gerſon, tamquam Dominantes & Principantes: at Religioſi hierarchizāt quidem ſeu purgant, illuminant, perficiunt, ſed non authoritatiue, non vt Principes veriq; Prælati. Reſpondetur. Concilium Tridentinum non requirit vt qui ſunt de Hierarchia hierarchizent vt Principes,

ſed

ſed tantùm vt hierarchizent tamquam vel Epiſcopi, vel presbyteri, vel miniſtri; vnde de Hierarchia ſunt qui tantū miniſterialiter hierarchizant. Ipſe Sanctus Dionyſius vnum Ordinem Hierarchiæ hierarchizantis, ſcilicet purgatiuū conſtitui ex Miniſtris; igitur Hierarchizatio authoritatiua, ſubordinata & miniſterialis ſufficit vt quis de Hierarchia hierarchizante ſit. Alioquin ſi nemo ſit de Hierarchia, niſi qui exercet officiū Sacerdotis vel Diaconi vt Principes, valde dubium reddetur, an Parochi ſint de Hierarchia, cum ferè omnes Theologi dicant eos non eſſe verè proprieque Prælatos; Nam propriè Prælatus dicitur, qui iuriſdictionem habet in foro externo, quâ Parochi carent, ſeu eam habent ex iure communi. Hæc Richeriſtę ſi poſſunt, argumentis confutent, nec tantum vociferari pergant; *Nihil enim facilius*, inquit Hieronymus, *quàm contra quemlibet cōgerere maledicta, non crimina, ſed cum ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel propoſuerit aliquid de ſcripturis, vel audierit proponentem, tum ſudabit, tum hærebit.*

Lelius Zecchius de Rep. Eccleſ. Tract. de Prælat. c. 1.

Epiſt. ad Domnionem.

ſtimonio omnium ſecuriſſimus. Et in *Apologia pauperum* dicit, Ordines Mendicantes à cæleſti Hierarchia miſſos, quos ſub cæleſtis debuit approbare. Sed quia vt monuit Caietanus, *non omnes capiunt verbum iſtud*, ideo aliter dico, Hierarchiam Eccleſiæ eſſe diuinitùs inſtitutam quoad ordines Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, non eſſe tamen diuinitus inſtitutam in particulari quoad omnes ſtatus, inſtituta, officia, qui his Ordinibus annectuntur. Alioqui Parochi non erunt de Hierarchia Concilij Tridentini, cùm eorum officium non ſit immediatè diuinitùs inſtitutum, ſed ab Eccleſia in ſubſidium Epiſcoporum excogitatum, vt ferè omnes Theologi conſentiunt. Dices ſecũdò, illi tantùm ſunt de Hierarchia hierarchizante, qui authoritatiuè hierarchizant, vel vt loquitur Gerſon, tamquam Dominantes & Principantes: at Religioſi hierarchizãt quidem ſeu purgant, illuminant, perficiunt, ſed non authoritatiue, non vt Principes veriq; Prælati. Reſpondetur. Concilium Tridentinum non requirit vt qui ſunt de Hierarchia hierarchizent vt Principes,

ſed tantùm vt hierarchizent tamquam vel Epiſcopi, vel presbyteri, vel miniſtri, vnde de Hierarchia ſunt qui tantũ miniſterialiter hierarchizant. Ipſe Sanctus Dionyſius vnum Ordinem Hierarchiæ hierarchizantis, ſcilicet purgatiuũ conſtitui ex Miniſtris; igitur Hierarchizatiq authoritatiua, ſubordinata & miniſterialis ſufficit vt quis de Hierarchia hierarchizante ſit. Alioquin ſi nemo ſit de Hierarchia, niſi qui exercet officiũ Sacerdotis vel Diaconi vt Principes, valde dubium reddetur, an Parochi ſint de Hierarchia, cum ferè omnes Theologi dicant eos non eſſe verè propriéque Prælatos; Nam propriè Prælatus dicitur, qui iuriſdictionem habet in foro externo, quâ Parochi carent, ſeu eam habent ex iure communi. Hæc Richeriſtę ſi poſſunt, argumentis confutent, nec tantum vociferari pergant; *Nihil enim facilius*, inquit Hieronymus, *quàm contra quemlibet congerere maledicta, non crimina, ſed cum ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel propoſuerit aliquid de ſcripturis, vel audierit proponentem, tum ſudabit, tum herebit.*

Lelius Zecchius de Rep. Eccleſ. Tract. de Prælat. c. 1.

Epiſt. ad Domnionem.

Pre-

ſtimonio omnium ſecuriſſimus. Et in *Apologia pauperum* dicit, Ordines Mendicantes à cæleſti Hierarchia miſſos, quos ſub cæleſtis debuit approbare. Sed quia vt monuit Caietanus, *non omnes capiunt verbum iſtud*, ideo aliter dico, Hierarchiam Eccleſiæ eſſe diuinitùs inſtitutam quoad ordines Epiſcoporum, Sacerdotum, & Diaconorum, non eſſe tamen diuinitus inſtitutam in particulari quoad omnes ſtatus, inſtituta, officia, qui his Ordinibus annectuntur. Alioqui Parochi non erunt de Hierarchia Concilij Tridentini, cùm eorum officium non ſit immediatè diuinitùs inſtitutum, ſed ab Eccleſia in ſubſidium Epiſcoporum excogitatum, vt ferè omnes Theologi conſentiunt. Dices ſecũdò, illi tantùm ſunt de Hierarchia hierarchizante, qui authoritatiuè hierarchizant, vel vt loquitur Gerſon, tamquam Dominantes & Principantes: at Religioſi hierarchizãt quidem ſeu purgant, illuminant, perficiunt, ſed non authoritatiue, non vt Principes veriq; Prælati. Reſpondetur. Concilium Tridentinum non requirit vt qui ſunt de Hierarchia hierarchizent vt Principes,
ſed

ſed tantùm vt hierarchizent tamquam vel Epiſcopi, vel presbyteri, vel miniſtri, vnde de Hierarchia ſunt qui tantũ miniſterialiter hierarchizant. Ipſe Sanctus Dionyſius vnum Ordinem Hierarchiæ hierarchizantis, ſcilicet purgatiuũ conſtitui ex Miniſtris; igitur Hierarchizatio authoritatiua, ſubordinata & miniſterialis ſufficit vt quis de Hierarchia hierarchizante ſit. Alioquin ſi nemo ſit de Hierarchia, niſi qui exercet officiũ Sacerdotis vel Diaconi vt Principes, valde dubium reddetur, an Parochi ſint de Hierarchia, cum ferè omnes Theologi dicant eos non eſſe verè propriéque Prælatos; Nam propriè Prælatus dicitur, qui iuriſdictionem habet in foro externo, quâ Parochi carent, ſeu eam habent ex iure communi. Hæc Richeriſtę ſi poſſunt, argumentis confutent, nec tantum vociferari pergant; *Nihil enim facilius*, inquit Hieronymus, *quàm contra quemlibet congerere maledicta, non crimina, ſed cum ad libros venerit, & pedem pedi contulerit, & vel propoſuerit aliquid de ſcripturis, vel audierit proponentem, tum ſudabit, tum herebit.*

Lelius Zecchius de Rep. Eccleſ. Tract de Prælat. c. 1.

Epiſt. ad Domnionem.

Pre-

Propoſitio Quinta. Ibidem n. 10.

Regulares ex ſuo inſtituto ſunt auxiliatores ſubordinati immediatè vniuerſali Epiſcopo, vt adhibeantur ab eo pro bono Vniuerſalis Eccleſię, ex natura, inquam, ſtatus eorum, ſepoſitis priuilegijs exemptionum, ſtando in rigore diuinæ inſtitutionis, Regulares immediatè ſubijciuntur Papę, & liberantur ab Epiſcopis vt Regulares ſunt, ſecundum votum obedientię, & regularium obſeruantiarum, ad quas obligantur voto, Regulâ & Conſtitutionibus.

CENSVRA.

Iſta propoſitio eſt falſa, temeraria, præſumptuosè aſſerta, authoritatis Epiſcopalis imminutiua, in Summos Pontifices & alios Epiſcopos priuilegiorum authores ingrata, Schiſmatica, & Hæretica.

SPONGIA.

Videamus an non huic Cenſuræ plus caloris, quàm lucis, vehementiæ quàm

quàm ſapięntiæ inſit. Inprimis more ſuo malignè & diminutè authorem allegant. omittunt enim, quòd ipſe ibidem dicit ac repetit. Regulares quoad Eccleſiaſticam diſciplinam ſubijci Epiſcopis non minus quàm alij Clerici Sæculares, ſtando in iure diuino, & ſepoſitis priuilegijs exemptionum: vnde aſſertio non eſt ingrata, nec Schiſmatica, cùm agnoſcat priuilegia Summorum Pontificum, quibus ab obedientia & correctione Epiſcoporum eximuntur, quoad diſciplinam Eccleſiaſticam, pręterquam in quibuſdam caſibus, qui iure pręſcripti ſunt. Deinde non negat Author ſummum Pontificem & Eccleſiã Regulares olim ſubiecifſe Epiſcopis, etiam quoad Regularem diſciplinam. Imò Regulares ipſi ſua ſponte ſe ſubijciebant Epiſcopo tamquã proprio ſuo Superiori, & in eius manibus vota emittebant, cuius ratio erat, quia tunc Epiſcopi plerique imo ferè omnes Regulares erant, & quid Regularium diſciplinæ conueniret experti; quæ ratio ex aliqua parte ceſſauit, poſtquam Epiſcopi cœperunt eſſe ſęculares: & hinc iuſtam cauſam; vt Regulares ſimpliciter

citer eximerentur à iuriſdictione Epiſcoporum eſſe ſuppeditatam probat Ioannes Lomede Aduocatus Pariſienſis Tract. de Excemp. cap. 1. n. 18. Quod autem abſtrahēdo à lege Eccleſiaſticâ, & ſtando in ſolo iure diuino non ſubijciantur Epiſcopo, quoad votum Obedientiæ, & Obedientias ad quas ex ſolo voto tenentur, Doctores tum Scholaſtici, tum Canonici omnium gentium diſertè affirmant. Certè enim, ſi Epiſcopi eſſent Regularium præcipui Superiores, ijs deberent potius obedire, quam Abbatibus ſuis. At Sanctus (a) Thomas ſic ſcribit. *In ijs, quæ ad diſciplinam regularem ſpectant. Monachus plus tenetur obedire Abbati; quàm Epiſcopo, in his enim ſe voto obſtrinxit Abbati, ſed in ijs, quæ pertinent ad Eccleſiaſticam ordinationem plus tenetur obedire Epiſcopo*. Ecce clariſſime Doctor Angelicus affirmat, Monachum voto obſtringi Abbati, non Epiſcopo, atque adeo quoad votiuas obſeruantias & Regulares, teneri plus obedire Abbati. An igitur dicemus S. Thomam temerarium, præſumptuoſum, ſchiſmaticum, hæreticum? Caueant potius Cenſores ne

(a) *In 2. Senten. diſt. 45. a. 3. in fine.*

in

in ipſos illud meritò dici poſſit. Quæcumque ignorant blaſphemant. Sancto Thomę alius adiungatur Thomas, doctrinæ & verâ ſanctitatis laude non obſcurus, Thomas ſcilicet Sanchez, approbatus à Theologis Gallię, etiam ab Epiſcopo in hęc verba.

Nos infraſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, Nos Operis moralis in pręcepta Decalogi R.P. Thomæ Sanchez Cordubenſis Societatis Ieſu Theologi Tomum ſecundum perlegiſſe, omniaque in illo iuxta Orthodoxam Catholicę, Apoſtolicæ, ac Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum ſanam doctrinam ſummâ cùm eruditione exponi. Lugduni. 22. Ian. 1621.

Fr. Robertus Epiſcopus Damaſci, De ville.

Hunc ergo audiamus huius approbati operis Authorem lib. 6. c. 7. n. 12. ita ſcribentem. *Religioſi non tenentur obedire Epiſcopo ex vi voti obedientiæ, etiam ſtando in Iure diuino, & ſecluſo exemptionis priuilegio, vnde quoad*

obſeruantias regulares non ipſi, ſed Abbati ſubſunt. Nam licèt attento iure & ſecluſo priuilegio Epiſcopus eſſet eorum ſuperior, & illi ſubeſſent, ſicut omnes Clerici quoad Eccleſiaſticam diſciplinam, non autem quoad obſeruationes regulares, ad quas ex ſolo voto tenentur. Ita Sanchez, cum quo ſentiunt plures alij, tum Theologi tum Canoniſtæ; quos cùm Richeriſtæ tam facile damnant ſchiſmaticę, & hæreticæ doctrinæ, non poſſum non ipſis in memoriam iterum reuocare illud à Banneſio ſapienter dictum; *quoſdam Theologos*
1. Part q. 1. art. 8. dub. vlt. concluſ. 1. *omnia, quæ eorum iudicio non conſonant, grauioribus Cenſuris inurere; idq; tanta facilitate, vt meritò irrideantur.*

Propoſito Sexta. Ex Cap. 5. §. 2. num. 11.

In Eccleſia ſub Chriſto viuente in terra 72. Diſcipuli proximi erant Apoſtolis, ideoq; qui propriè ſuccedunt 72. Diſcipulis, & illis ſimillimi ſunt, ſunt in Eccleſiâ in proximo gradu ad Epiſcopos, qui ſuccedunt loco Apoſtolorũ.
Hi

Hi ſunt Regulares vt Sanctus Thomas probat &c. *& paulò poſt*. Regulares ſũt ſimilimi 72. diſcipulis, ac ita proprijſſimè ſuccedunt eorum loco, & conſequenter præferendi ſunt illis quorum labores & munera ſunt ſub iuſſu particularis Epiſcopi, & ex ſtatu, & vocatione aſſignantur vni paruulæ particulę particularis Eccleſiæ.

CENSVRA.

Iſta propoſitio quantum ad miniſteria Eccleſiaſtica, Regulares ratione ſtatus Religioſi proprijſſimè 72. Diſcipulis ſuccedere aſſerit, eſt noua, falſa, temeraria, præſumptuosè aſſerta, cõtra communem Conciliorum & Patrũ doctrinam, & imponit Sancto Thomæ. Inquantum verò authoritate proximo gradu Regulares Epiſcopis ſubiungit, falſa eſt, temeraria, erronea, & ordinis Hierarchici deſtructiua.

SPONGIA.

Satis ferociter & ardenter, ſed etiã infœliciter, & fortaſſis hic etiam ipſos ſuæ Cenſurę pigebit, cùm perſequan-

 tur

tur erratum Prœli, quod Author notauerat. Imponitur enim Authori quod dicat Religioſos propriè ſuccedere 72. Diſcipulis quoad munera Eccleſiaſtica & miniſteria; cum dicat ſuccedere quoad labores & charitatem. In Anglico quidem habetur *labours* and *charges*, hoc eſt, *labores & munera*, ſed aberrauit prœlum, non loco *charges, munera*, poni debuiſſet *charities*, hoc eſt, *opera charitatis*, & hoc inter errata numeratur, vt videre eſt in Catalogo erratorũ lin. 28. verbo vltimo. Hinc apparet vt Collectori & Cenſoribus nimij impetus & ardores mentem eripuerint, nam vbi ſtatuiſſent tanta ferociâ fulminare in Authorem, ſi quid ipſis conſilij & animi compoſiti infuiſſet, primò omnium errata conſuluiſſent, eaque calamo emẽdaſſent, ne fortè ridiculè & inſulsè, aduerſus errata Prœli (vt nunc factum) fulmineos globos torquerent. quod autem Religioſi, qui ſunt inſtrumẽta Chriſti in terris Vicarij, in vniuerſum orbem mittenda, vt loquitur Author, ſint quoad labores & charitatem ſimilimi 72. Diſcipulis, & in hoc ipſis ſuccedant, appertiſſimè traditur à Sancto Thoma 2. 2.

q. 188.

q. 188. art. 4. ad 5. vbi dicit non ſolùm Presbyteros Curatos ſuccedere Diſcipulis, *ſed etiam alios minoris ordinis qui Epiſcopis in eorum officio deſeruiunt: non autem legitur*, inquit, *quod 72. Diſcipulis Dominus aliquas determinatas Parochias aſſignaret, ſed quod mittebat eos binos ante faciem ſuam in omnem ciuitatem, & locum quo erat ipſe venturus*. Hæc Sanctus Thomas, duplicem rationem inſinuans, ob quam Regulares ex Inſtituto ordinati ad prędicandum ſimiliores ſint 72. Diſcipulis, quàm Curati. Vna eſt, quia ſicut 72. mittebantur immediatè à Chriſto Domino, non ab Apoſtolis, ita Regulares immediatè à Chriſti Vicario, illique ſe voto obſtringunt, quòd attinet ad Miſſiones. 2. Sicut Diſcipuli mittebantur in omnem regionem & locum, nec erant determinatis Parochijs aſtricti, ita Regulares iſti ordines inſtituti ad prædicandum, ſunt Summi Pontificis inſtrumenta ſalutis & prædicationis in orbem vniuerſum. Quis autem neſcit bonum, quo vniuerſariùs eo melius eſſe? Hoc etiam expreſſe docet Caietanus 2. 2. q. 188.

art. 4. ad 3. dicit enim hoc magis conuenire Delegatis, quam Curatis. Et D. Fontanus Concionator Regius libro quem iam nominaui Regulares eſſe 72. Diſcipulis ſimiliores, quàm ſint Curati, probat 7. rationibus ex Sancto Vincentio ſumptis. Quod autem dicunt Authorem authoritate proximo loco Epiſcopis Regulares ſubiungere, eſt impoſtura. non enim dixit proximos Epiſcopis authoritate, ſed proximos ſtatu & gradu perfectionis. Quod ſpectat ad authoritatem in foro externo, dignitatémque & honorem inde prouenientem, Religioſi non grauatè Curatis & Prælatis Epiſcopo inferioribus cedũt. Quãtum autẽ ad Statum Perfectionis cùm S. Thomas dicat eos eſſe propinquiſſimos perfectioni Epiſcoporum, non debent Curati & alij moleſtè ferre; ſi hunc locum tueantur, niſi eos inde argumẽtis & rationibus dimouere poſſint.

Propoſitio Septima. Ex cap. 6. §. 4. num. 22.

Qui ex Epiſcopis fiunt Religioſi, dici poſſunt aliquo modo altiùs volare, & non omnino deſcendere.

CEN-

CENSVRA.

Iſtud in contemptum dignitatis Epiſcopalis proponitur, & contra ſenſum Summi Pontificis in cap. *Niſi cùm pridem, de renuntiatione*, citato ab Authore in confirmationem ſuæ ſentẽtiæ.

SPONGIA.

Pontifex illo Capite dicit, ſeceſsũ Epiſcopi ad ſolitudinem religioſam pẽnis fieri & volatu, vnde ſicut non eſt contra naturam pennarum & auium in altum aſcendere, ita non eſt contra ſenſum dicere Epiſcopum ab Epiſcopatu ſe pennis & volatu proripientem in altum ferri: quod ſi Epiſcopatu relicto migrare ad Religioſæ humilitatis inſtitutum, eſſet omnino deſcendere, vt volunt hi Cenſores, & nullo modo proficere, cur ſummus Pontifex Gregorius 15. vocat illam deliberationem, quâ relinquitur Epiſcopatus, *hominum Angelorumque linguis laudandam, rapere oculos vniuerſæ Eccleſiæ totiuſque cœli?* Cur Epiſcopo ſecedenti ſcripſit, *triumphat*

Citatur breue Apoſtolicum in Apolog. c.6. in fine.

phat planè de humanis cupiditatibus, & Diabolicis inſidiis Fraternitas tua, cùm opulentiam & Epiſcopatus dignitatem, quā mortales tanto ſtudio atque contentione petere ſolent, ab Apoſtolicā authoritate demiſsè flagitas, vt tibi per eam relinquere liceat ſub vexillo Nominis IESV in S. Ignatij Caſtris militaturo? Hæc Summus Pontifex. Certè ſi Author dixiſſet, qui relinquit Epiſcopatū, vt ſecedat ad Societatem IESV de humanis cupiditatibus, & Diaboli inſidijs triumphare; ſtatim Cenſores noſtri ingeminarent ſuum cuculinum carmen falſum, blaſphemum, hæreticum & tamen ille qui habet claues regni cęlorum, nec aberrare poteſt, hoc dicit. ſed verè Saluator, *non omnes capiunt verbum iſtud; qui poteſt capere, capiat.*

Propoſitio Octaua. Ibidem n. 24.

Si ſtatus Epiſcopi eſſet abſolutè perfectior, & ſine comparatione, quàm ſtatus Religioſi, cur Religioſi non poſſunt tranſire ad illum, ſine licentia Superiorum?

CEN-

CENSVRA.

Iſta propoſitio inquantum videtur negare maiorem perfectionem ſtatus Epiſcopalis ſupra religioſum eſt falſa, temeraria, communi Patrum & Doctorum conſenſui repugnans, & rationem continet fallacem.

SPONGIA.

Mirum eſt non puduiſſe viros graues & Theologos ita putidè cauillari, vt vel ex verbis quę citant, Lector hoc ſtatim videat. non enim Author negauît perfectionem ſtatus Epiſcopalis eſſe ſupra Religioſam, ſed non ita abſolutè, & abſque comparatione: quid autem ſit ſine comparatione & abſolutè ibidem explicat, nimirum, quod non contineat in ſe totam perfectionem Religioſi ſtatus. Qui Catholicorum Theologorum aliter ſentit?

Propoſitio Nona. Ibidem n. 18.

Probabile eſt Epiſcopos ex ſuo ſtatu, & ex ordinariâ poteſtate, quam habent

bent ex diuinâ inſtitutione nõ eſſe Perfectores, & magiſtros Religioſorum, quantum ad votum, & voti perfectionẽ; etiam ſepoſitis priuilegijs exemptionis ab Epiſcopis, quàm habent Religioſi.

CENSVRA.

Iſta propoſitio eſt falſa, temeraria, erronea, Iuri communi, & antiquæ Eccleſiæ praxi contraria.

SPONGIA.

De propoſitione iſta iam dictum ſuperiùs, quàm verò temeraria ſit iſta Cenſura, & Theologis indigna, vel hinc patet, quòd authores, qui contra hanc propoſitionem tenent, vt Suarez & alij, tamen fatentur eſſe probabilem, ac eſſe Sancti Thomę, Sylueſtri, Tabienę, Innocentij, Abbatis, & aliorũ grauiſſimorum tum Theologorum, tum Canoniſtarum. Quid verò antiqui Monachi ſenſerint, & fecerint hâc in parte, ſatis patet ex facto Hieronymi & Monachorum Paleſtinæ, qui Ioannis Hieroſolymitani Epiſcopi in ipſos imperiũ agnoſcere recuſabant. Theophilo autẽ

Pa-

Patriarchę Alexãdrino Monachos ſcripta epiſtola ad pacẽ cum Epiſcopo habendam hortanti, reſpondet ſuo & eorum nomine Hieronymus, ſe pacem cupere, ſed ſaluâ libertate ab eius iugo. *Pacem*, inquit, *veram cupimus, pacem, ſine inimicitiis, pacem, quæ non, vt aduerſarios ſubijciat, ſed vt amicos iungat. Quid Dominationem nomine pacis vocamus, & non reddimus vnicuique rei vocabulum ſuum?* Ita Hieronymus. qui ſtatim probat exemplo Theophili Monachos Epiſcopis non niſi voluntariâ ſubiectione ex reuerentiâ colla ſubmittere. *Non quæris* (inquit) *Monachos tibi eſſe ſubiectos, & ideò magis ſubiectos habes. Tu offers oſculum, illi colla ſubmittunt; exhibes militem, & ducem impetras, quaſi vnus in pluribus es, vt ſis vnus ex pluribus: citò indignatur* Libertas *ſi opprimitur; nemo plus impetrat à libero, quàm qui ſeruire nõ cogit. Nouimus Canones Eccleſiaſticos, non ignoramus ordines ſingulorum.* Ita Hieronymus, euidenter demonſtrans Hieroſolymæ Epiſcopum non habuiſſe in ipſum & Monachos Paleſtinæ iuriſdictionem coactiuam, ſed ſe liberos

Tom. 2. ep. ad Theophilũ contra Ioan. Hieroſol.

ros fuiſſe, & iugum imponere volenti meritò reſtitiſſe. Quamquam non ignoro Eccleſiam poſtea Monachos Epiſcopis ſubieciſſe quoad diſciplinam Monaſticam, vt patet ex varijs Concilijs. Probabile tamen eſt diuino iure nō ſubijci, & hoc Hieronymi teſtimonium probat, & illud dictum B. Petri Damiani (c) *Abſit vt Monachus, qui viuit ſub regula vel Abbate, alijs hominibus ſubijciatur*, nimirum particulari alicui Paſtori, quoad Regulæ diſciplinam.

(c) *Tom. 3. ep. 19.*

Propoſitio Decima. ibidem.

Nec vt mihi perſuadeo, hæc doctrina diſplicebit Sanctis Epiſcopis, quibus Epiſcopi obligatio videtur tam oneroſa, vt lætaturi ſint ex bona probabilitate ſe releuari à tam altâ obligatione, qualis eſt teneri ex ſtatu potentes eſſe docere Religioſos viam perfectionis.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio eſt contumelioſa, & irriſoria Ordinis Epiſcopalis, eoque ſenſu, homine Religioſo, imò etiam Chriſtiano indigna.

SPON-

SPONGIA.

Scilicet, cogitatio eſt Epiſcopis contumelioſa, homine Chriſtiano indigna, credere Epiſcopos hac ętate reperiri ſanctos, humiles Gregorio, & Auguſtino ſimiles, qui ſub pondere Epiſcopalis officij gemant, qui ſe, ſi bonâ cum veniâ & aliorum commodo poſſint, ſubleuari cuperent parte oneris Angelicis humeris formidandi. Apud prudentes rerum ęſtimatores ipſa per ſe dicti modeſtia Authorem tuebitur. His verò Cenſoribus, qui in eum hic ferociunt, obijcio clypei loco, Ciuem ipſorum Ioannem Lomede Aduocatum Pariſienſem. Hic tractatum ſcripſit de exemptionibus, & lib. 1. n. 18. diſertè aſſerit plus etiam, quàm Author dixit; ſcilicet Epiſcopos ſæculares monachis quoad Regularem diſciplinam non congruè pręfici, vix poſſe eſſe huic muneri pares. In quam ſententiam ex iure canonico plurima congerit, præcipuèque vrget dictum Petri Bleſenſis Sæcularis Prælati primùm Bathonienſis in Angliâ, poſtmodum Londinenſis Archidiaconi. *Olim Monachi & Ca-*

nonicę

nonici Regulares in clauſtris viuebant Eccleſiæ vicinis, eadem menſâ omnes vtentes. Ex his electi Epiſcopi Regularia instituta callebant, & ideo monaſteria viſitare, & quæ pertinent ad Regularem diſciplinam corrigere & inſtituere poterant. Nunc verò cùm ſint Epiſcopi ferè omnes ſæculares regularis diſciplinæ ignari, quâ fronte monaſteria viſitare, & de ijs conſtituere quæ neſciant, prorſus non video; ſcilicet docebunt, quod numquam didicerunt, Doctores antequam Diſcipuli, Duces priuſquam milites. Hæc Lomede Pariſienſis Aduocatus antè annos fere triginta in ſæculares Epiſcopos, qui geſtiunt Regularibus quoad votiuas obſeruantias præeſſe. Hinc Lector videat Pariſienſes lamiarum inſtar cęcutire domi ſuæ, qui adeo ſunt foris oculati. Quis non rideat hos hæreſum hoſtes? Tantis laboribus & impenſis mare & aridam percurrunt, vt in libro Anglicano illud dogma inueniant & damnẽt, quod ante eorum oculos Pariſijs venale laudatum, certè indamnatum proſtat.

Dicet quiſpiam, Gallus hic eſt, at Daniel à Ieſu Anglus; Ergòne Gallis,

quia

quia Chriſtianiſſimi audiunt, licebit, quod Chriſtiano non licet? in Epiſcopos ſcilicet quodlibet dicere; vt olim Ioannes Gerſon in omnes vnius gentis ſcilicet Angliæ Epiſcopos debacchatus eſt inuectiuâ, quam Pariſienſes ipſi ediderunt, atque adeò ſi ſit ibi quidpiam notâ dignum noſtros Cenſores id tangit. Audiamus ea ibi dicentem, quæ magis cenſura egent, quàm quæ Daniel à Ieſu, aut Nicolaus Smithæus ſcripſit. In Dialogo Anglum inter & Gallum, Anglo monenti ne carperet Præſules Eccleſiæ Anglicanæ, quos ſua dignitas faceret venerabiles, reſpondet Gerſon. *Dignitas ex ſe improbos nequit facere reuerendos, quia ex ſe dignitas nihil habet virtutis, nec virtus ex dignitate, ſed propter virtutem dignitati datur honor; ſi enim aliquid boni à natura ineſſet dignitati, mali non præeſſent, ſicut videmus præeſſe. Video Præſules veſtros & Sacerdotes armigeros, & viros ſanguinum effectos, ſed quo iure neſcio; & tamen nuper audiui Regem veſtrum Henricum vltimò vita functum ſtrenuum mirabiliter Præſules veſtros arguentem & mordentem, quod ex eorum incumbenti officio non eſſent pacis amatores, zelatores & perquiſito-*

quiſitores, & tamen veſtros vidi Prælatos magnos, & audio bellatores, eorumque mores tam euerſos conſiderant, recolo quod dicit Bernardus ad Eugenium, Quod totus zelus Eccleſiaſticus feruere videtur in tuendis poſſeſſionibus, dignitatibus, honorique totum detur, & ſanctitati nihil, de Dei placito vltima ſit mentio, & de iacturâ ſalutis cunctatio nulla, nec ſalubrè putatur, niſi quod ſublimè, & nihil iuſtum videtur, niſi quod gloriam redolet. Dic precor prælatis tuis, non in fortitudine viri beneplacitum eſt Deo, ſed ſuper humilem & manſuetum & timentem verba Domini requieſcet ſpiritus eius, & qui te in vnâ maxillâ percuſſerit, præbe aliam. Dic Prælatis tuis magis annuentibus maieſtati, quàm veritati, mente vt reuoluant illud tremendum Euangelium, niſi iuſtitia veſtra abundauerit, magis quàm Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum: qui dixerit fratri ſuo Racha reus erit iudicio, qui dixerit fatuè reus erit gehennæ ignis.

Hæc Gerſon, quæ abſit vt regeram in Galliæ Epiſcopos; nec enim, vt ille, rumuſculis de Epiſcoporum moribus fidem habeo, neque ſi mihi conſtaret de eorum moribus euerſis, propterea illos

vene-

venerari deſiſterem. Odi enim, & execror illud Gerſonis dictum, à noſtris Cẽſoribus editum & approbatum, *Dignitatem ex ſe Epiſcopos virtute deſtitutos non facere reuerendos, nec dignitati ex ſe, ſed virtuti honorem dandum*, quod niſi violentâ interpretatione torqueatur à proprio ſenſu verborum, ipſiſſimum eſt Wicleſi dogma in Concilio Conſtãtienſi damnatum quod iſti falsò, & malitiosè Nicolao Smithęo imputãt.

Propoſitio vndecima. Ex Cap. 6, n. 30.

Excellentia Religioſi ſtatus quâ caret Epiſcopalis ſtatus, hæc eſt, quod Religio eſt ſtatus perfectionis acquirendæ, cùm ſtatus Epiſcopi ſit in ſtatu perfectionis acquiſitæ. Eſſe in ſtatu perfectionis acquiſitæ non importat eſſe in ſtatu, ex cuius profeſſione perfectio actu acquiritur, ſed qui ſupponit aliquem eſſe anteà perfectum, dando illi nulla mediá propria ſtatui, quibus perficiatur, ſi fortè non ſit perfectus cùm aſſumit illum ſtatum, ita vt homo imperfectus factus Epiſcopus, ſi aliàs fortè euadit perfectus, hoc fit exercitio actionum,

quibus non tenetur ex ſtatu, *& paulo poſt*, ſi non ſit ita prius (ſcilicet perfectus) eſt in periculoſo ſtatu, quia in ſtatu requirente multam perfectionem ſine medijs proprijs ad illam obtinendam.

CENSVRA.

Illa Propoſitio quatenus aſſerit Epiſcopum ratione ſui ſtatus non teneri ad vllas actiones, nec habere vlla media, quibus ſeipſum perficere poſſit, eſt falſa, temeraria, erronea, verbo Dei contraria, & dignitati ſtatus Epiſcopalis derogat,

SPONGIA.

Videntur Cenſores hoc loco, non ex malitiâ, ſed ex merâ ignorantia, craſsâ tamen impengere. Author quidem dicit Epiſcopum ratione ſtatus Epiſcopalis non habere media, quibus ex imperfecto, hoc eſt, peccatis dedito fiat perfectus & ſanctus; non negat tamen habere media, quibus ex perfecto fiat perfectior, & ex ſancto ſanctior, verba eius, quę citant, hæc ſunt, *nec habet media*

Statui

ſtatui propria, quibus perficiatur ſi fortè non ſit perfectus. Negat igitur Epiſcopali ſtatui media propria, quibus perfectio acquiratur, non quibus augeatur, & hoc certè veriſſimum eſt. Epiſcopatus quippe, cùm ſupponat perfectum, & à peccatis purum, actiones propriæ Epiſcopales non poſſunt reddere purum à peccatis & perfectum, ſed tantum perfectiorem & ſanctiorem per ſe loquendo, actiones enim, quibus homo fit ex peccatore iuſtus, & ex imperfecto perfectus, ſunt pœnitentiæ & mortificationis, ad quas exercendas Epiſcopus, vt Epiſcopus non ordinatur, ſed ipſis iam ſuperior ſupponitur ratione ſtatus, quicquid reuerâ ſit ratione vitæ.

Hanc autem aſſertionem cùm dicunt falſam, temerariam, Epiſcopis iniurioſam, audacter dico, neſciunt quid loquūtur; eſt enim dogma omnium Theologorum, quodque vel maximè ſtatus Epiſcopalis dignitatem continet. Hoc quippe ſignificat axioma illud Theologicum, *Epiſcopum eſſe in ſtatu perfectionis acquiſitæ*, atque adeò non ex vi ſtatus ſeu per media ſtatus propria acquirendæ, cum Philoſophiæ oraculum

ſit, actionem non dari in præteritum, nam primò perficere iam perfectum, acquirere velle iam acquiſitum, quid aliud eſt quam actum agere? Igitur impoſſibile eſt, & in terminis implicat, perfectionem ex vi ſtatus acquiſitam eſſe, & ex vi ſtatus acquirendam. Quamuis fortaſſis dici poſſit, iam acquiſitam ex vi ſtatus augeri, atque adeò Epiſcopum eſſe in ſtatu perfectionis, non quidem primò acquirendæ, ſed augendę; qua de re non diſputo, quamuis video diſputari poſſe. Actiones enim Epiſcopales, licèt ſanctitatem Epiſcopi inſigniter augeāt, tamen ſtatus ipſe per ſe augmentum illud non reſpicit, cum ſtatus ſit perfectionis alijs communicandæ, non in ſe augendæ, nedum primò acquirendæ. Exhibeo exemplum. Qui Grammaticam docet, ſuam ſine dubio ſcientiam, dum alios docet, auget, & perficit, nemo, tamen opinor, dixerit officium magiſtri Grammatices eſſe officium ſcientiæ Grammatices ipſi magiſtro acquirendæ vel augendæ. Quamuis enim ratione officij actiones exercere teneatur, quibus Grammaticæ reddatur peritior, illud tamen augmentum officium Magiſtri

giſtri per ſe non reſpicit, ſed ex officio per accidens & conſentaneum, quamuis fortaſſis perſona Magiſtri illud primariò ſpectet. Et hęc eſt ſtatus Epiſcopalis vera excelſitas, quo vi ſtatus ſua perfectione ſublimior, Dei gloriam, quæ percipitur ex lucro animarum, irreflexâ ad ſeipſum acie purè intuetur, hęc eſt, inquam, altitudo ſtatus, quãuis perſonarum, quæ in ſtatu ſunt, cogitationes fortaſſis ſæpè humiliores ſint, nec in hanc ſphæram aſſurgant. Sed hæc ſubtiliora ſunt, & ad hanc Epiſcopalis faſtigij lucem Cenſores noſtri bubonum inſtar, ſat ſcio, cæcutiunt; & quoniam quicquid ignorant, ſtatim cenſurâ notant, ex tenebris ſuis iam cantantes audio ferale illud carmen, *falſum, temerarium, erroneum, verbo Dei contrarium.* A quibus vociferatoribus libenter hoc quærerem, vbi in verbo Dei legant, Epiſcopum de imperfecto & peccatore reddi perfectum & ſanctũ per actiones & media Epiſcoporum ſtatui propria? Epiſcopum imperfectum & (ſi credimus Ambroſio) peccato lethali obnoxium deſignat Chriſtus in Apocalipſi, cùm dicit, *habeo aduerſum te, quia charitatem primam reliquiſti.* Quid igitur

tur vt ex imperfecto reddatur ſanctus? An ei prçſcribit media actionum Epiſcopo propriarum. An ei dicit, conſigna baptizatorum frontes, conſecra Sacerdotes, prçdica Euangelium, excommunica contumaces? Nihil horum, ſed media ſalutis communia Chriſtianis illi cõmendat, *memento vnde excideris, age pœnitentiam, & prima opera fac.* Dedecorant Cenſores noſtri ſine dubio Epiſcopalem ſtatum cùm dicunt opera pœnitentiæ & mortificationis, quibus imperfecti fiũt perfecti, eſſe ſtatui ipſorum propria: ſed vt dixi, neſciunt hic, de quibus affirmant & ideò nihil mirum, ſi inſipientia ipſorum pateat omnibus,

Apocal. 2.

Propoſitio Duodecima. Ibid. n. 34.

Licet ſpeculatiuè ſtatus Epiſcopalis ſit perfectior, vt conſideratur ſecundum nudam ſuam naturam; tamen quia practicè res ſumenda eſt ſecundum omnes ſuas circumſtantias, & prout moraliter haberi poteſt; ideò abſolutè ſtatus Religioſus pluris æſtimandus eſt, & felicior putandus, & pro quolibet in particulari perfectior. Nam ad conſiderandam

dam excellentiam ſtatus, non tantùm conſiderare debemus perfectioné actionum ad quas obligat, & strictam obligationem, quam infert poſſeſſoribus, ſed etiam poſſibilitatem, vel probabilitatem perficiendi tam altas obligationes. Nam obligari ſub pœna peccati & damnationis ad perficiendas actiones, quæ moraliter loquendo non ſunt poſſibiles, non tam eſt perfectus, quàm miſerabilis ſtatus.

CENSVRA.

Iſta propoſitio inquantum abſolutè in praxi ſtatum Religioſum perfectiorem aſſerit Epiſcopali, noua eſt, falſa, temeraria, preſumptuoſè aſſerta, & ſtatui Epiſcopali iniurioſa. Inquantum verò innuit actiones, ad quas tenentur Epiſcopi ſub pœna peccati & damnationis non eſſe poſſibiles, eſt blaſphema in bonitatem diuinam, & hæretica.

SPONGIA.

Impoſtura eſt, authorem aſſerrere Religioſum ſtatum perfectiorem eſſe Epiſ-

in praxi abſolutè, conſtat enim vel ex verbis, quæ citant addidiſſe reſtrictionem, *quod attinet ad vnumquemque in particulari, ſeu quoad propriam cuiuſque perfectionem*. Quæ aſſertio non eſt ſtatui Epiſcopali iniurioſa, ſed laus Religioſo ſtatui debita; nec noua, ſed quam Theologi præſtantiſſimi tradunt in terminis tamquam Catholicæ Eccleſiæ ſententiam; vnum, aut alterum teſtem proferam. Lælius Xecchius Polygraphus Epiſcopi Veronenſis Vicarius Generalis, variorum Cardinalium Romæ Auditor, Sacræ Theologiæ & Iuris vtriuſque Doctor, quæſtionem hanc ante triginta annos verſans duobus eam dictis reſoluit; primum eſt, *Religioſi ſunt in ſtatu perfectionis*, hoc multis probat, deinde procedit ad ſecundum, *Religioſus ſtatus eſt perfectiſſimus & excellentiſſimus, probatur ex Dionyſio c. 5. Eccleſ. Hierar. dicente, Statum Religioſum eſſe ſtatum perfectorum perfectione propria, ſicut Epiſcopalem perfectione aliena*, vt inquit Caiet. 2. 2. q. 189. a. 3. Baſilius ſerm. 1. de monaſt. Inſtit. *Statum monachalem vltra humanæ naturæ fines procedere, & angelicam conuerſatio-*

De Republica & Eccleſiaſtica Titulo de Religione c. 1. n. 6. & 7.

ſatio-

Digitized by Google

ſationem adipiſci, qui nullo terreno affectu tenentur, ſed in ſolo Dei amore quieſcunt. Hic Author ſæcularis Prælatus, & in Eccleſia Romana practicus, Religioſum ſtatum eſſe excellentiſſimũ perfectione propria, tamquam indubitatam ſcholæ Catholicę ſententiam tradit. Doctor Franciſcus Suarez, quem Doctor ipſe Kelliſonus tanti facit, vt dicat ſe nihil in hac quęſtione prorſus ab eo diſſentire, ſic ſcribit: (a) *Hinc eſt,* inquit, *quod ſtatus Epiſcopalis non ſit per ſe materia voti abſoluti quod vocat Maior Categoricorum, quia in ordine ad vouentem, & ad ſalutem eius non eſt per ſe expetibile, nec melius.* Et (b) iterum: *ſtatus Epiſcopalis nõ eſt ſimpliciter quid melius, vel reſpectu ipſius vouentis, vel diuini obſequij.* Idem clarioribus verbis tradit B. Petrus Damiani ſummæ auctoritatis Cardinalis & Epiſcopus Oſtienſis opere Epiſtolarum iuſſu ſummorum Pontificum edito, lib. 5. Epiſt. 19. vbi dicit: *Nihil eſſe melius, quàm derelinquere ſæculum, & propter hoc deſeret Comes Comitatum, Rex regnum, Epiſcopus Epiſcopatum, ſummus Pontifex Pontificatum, & venient ad Monaſteria*

Replica ad diſcuſſionẽ præfat. pag 14.

(a) *Tom.* 3. *de Relig. c.* 19. *n.* 21.

(b) *Ibid. n.* 23.

ſteria

ſteria ad ſerniendum Deo. Hæc doctrina Pariſijs vnâ cum hoc libro venalis eſt apud Sebaſtianum Cramoyſi, cum Priuilegio Chriſtianiſſimi Regis excuſa, & tamen Sorboniſtę, quia Anglicè ſcribitur longe modeſtioribus verbis fremunt, vt nimis manifeſtum ſit eorum Cenſuram odij & ferociæ, non fidei & iudicij partum eſſe. Hoc de argumento librum ſcripſit integrum Hieronymus Platus, qui omnium gentium linguis legitur, & laudibus approbatur, vt ad hanc opinionem, quæ ſic obtinuit extirpandam, ſeriùs accedat Sorbonæ ſarculus. Coronidis loco addam Eccleſiaſticum ſcriptorem ante Scholaſticos natum, ſapientia, eloquentia, & ſęculari prælaturâ nobilem Petrum Bleſenſem, cuius verba reuerentię in Religioſos plena hanc quęſtionem abſoluant; ſic libro aduerſus deprauatorem Operum ſuorum pag. 540. *Vitam Religioſorum*, inquit, *quorum diuerſæ ſunt ſpecies (polymita eſt enim tunica Ioſeph, & circumamicta varietatibus ſponſa Christi) tota cordis affectione veneror, ipſorumque pedes brachijs deuotiſſimæ humilitatis amplector: ſcio enim, quia præ CVNCTIS ſæcularibus,*

ribus, & CLERICIS, & laicis tantò differentius virtutum titulos referunt, quantò impreſſioribus veſtigij Apoſtolorum regulis inhæſerunt.

Secunda pars Cenſuræ Authori more ſuo falſum imponit, quaſi innuat obligationes, ad quas ſub pœna peccati & damnationis Epiſcopus tenetur, non eſſe in ſe poſſibiles. Non hoc dixit, ſed tantùm vniuerſim eum, qui ſuſcipit ſtatum, cuius obligationes ſunt ipſi moraliter impoſſibiles, non tam perfecto, quàm miſero ſtatu eſſe. Quid dici potuit verius? Quo dicto innuit, vt qui ad Epiſcopatum aſpirant, apud animum ſuum perpendant, *quid valeant humeri, quid ferre recuſent*, nec debilibus humeris ambiant onus Angelicis formidandum. Nam fieri poſſe, vt obligationes in ſe poſſibiles, infirmo, & ad id muneris non vocato, moraliter impoſſibiles ſint, hoc eſt, tales, quibus vix & ne vix quidem ſatisfacere poteſt. Hoc autem ſi cõtingat, nec ille non tam perfecto, quã miſero loco erit hoc Author innuit, nec aliud innuere voluit. Quis autem negaũerit, obligationes Epiſcopales poſſe eſſe alicui indocto & peccatis dedito moraliter

raliter impoſſibiles, & ideo talem Epiſcopum, non tam perfecto, quàm deplorando ſtatu eſſe? Neque hoc eſt diuinam bonitatem blaſphemare, quaſi impoſſibilia hominibus imperet, ſed hominum ſtultitiam accuſare, qui cæcâ honorum cupiditate in officia, quibus pares non ſunt, ſe ingerunt, vt ſaluari non poſſint niſi dignitatem deſerant. Addo, quo præſumptuoſos à periculoſiſſimo vitæ inſtituto ambiẽdo deterreas, dicere ſalutem in eo moraliter impoſſibilem, phraſim eſſe ſacræ Scripturæ, & Sanctis Patribus vſitatam. Saluator, vt oſtendat diuites huius ſęculi, quàm difficili & inuia ad cęlum via verſentur, dixit, *Facilius eſſe Camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnum Cœlorum*. Quod fuit *dicere eſſe moraliter*, & apud homines impoſſibile, vt ipſemet totidem verbis explicuit, quamuis abſolutè ſingulari quadam diuinę gratię ope fieri poſſit. Neque aliter (a) Cyprianus ſalutem inter occaſiones peccandi, & amittendæ Caſtitatis, dixit impoſſibilem: *Incerta*, inquit, *victoria eſt inter hoſtilia tela pugnare, & IMPOSSIBILIS libera-*

(a) *De ſingularitate Cleric.*

liberatio flammis circumdari, & non ardere: quo ſenſu etiam dixit (b) Ambroſius: Nos præceptum diligendi inimicos *poſt Euangelium dediciſſe & ſeruare* NON POSSE. Poſſem ex Patribus huius generis plura; ſed cordato hęc ſatis. Abſit vt Pariſienſes Ariſtarchi Sanctum Cyprianum, Sanctum Ambroſium, imo ipſum Dominū blaſphemiæ arguant; potiùs diſcant, ſi necdum didicerunt, vſitatâ phraſi moraliter impoſſibile id dici, quod ſit admodum difficile, quodque ordinarijs gratiæ viribus perfici non poſſit, & rarò admodum fiat.

(b) *De Ioſeph c. 1.*

Propoſitio 13. *Ex Cap.* 8. *n.* 2.

In hoc Status Religioſorum videri poteſt multam honoris habere præ ſtatu Epiſcoporum & Sacerdotum, quia horum Status nec eſſentialiter, nec diuina poſitiua lege requirit ſpecialem caſtitatem, prętet illam vulgarium Chriſtianorum, vbi ſtatus Religioſorum non ſolùm diuina poſitiua lege, ſed etiam eſſentialiter includit profeſſionē Angelicæ puritatis.

CEN-

CENSVRA.

Iſta propoſitio eſt malitioſè prolata in contemptum Cleri ſæcularis, quatenus omittit ſpecialem obligationem, quâ tenentur Epiſcopi & Sacerdotes ad ſpecialem caſtitatem ſeruandam, quicquid interim ſit de alijs partibus propoſitionis.

SPONGIA.

Impotentis Cenſoris eſt, cùm nihil habet in doctrina quod reprehendat, aduerſus animum proferentis qui ſoli Deo conſtat, ſententiam ferre. Quod negare non poſſunt in laudem Religioſi ſtatus verè dici potuiſſe, temerè iudicãt non in illius commendationem, ſed in ſęcularis Cleri contemptum dici. Habet is proprias laudes, ideoque ringi non debemus ſi Religioſa inſtituta laudari audiamus. Nec enim Religioſi ſtatus verę laudes ex ſe contemptum Cleri Sęcularis continent. Ioannes Gerſon Pariſiorum Cancellarius, Ioannes Maior ipſorum Pugil dicunt hoc idèm quod authur;

Gerſon Tom.2.col. 251. Maior in 4. d. 38.q. 4.

thor, nimirum caſtitatis profeſſionem eſſe de intrinſeca & eſſentiali ratione ſtatus Religioſi, non verò ſtatus Epiſcopalis & Sacerdotalis: an hi Sæcularis Cleri contemptores? At Author omiſit dicere Eccleſiaſtica lege ſtatui ſęcularis Cleri votum continentiæ eſſe annexum. magnum enimuero crimen, ſed audite: primò ipſi Pariſienſes in indice Materiarum Ioannis Gerſonis, quem concinnarunt, verbo *Votum* ſic habent: *Votũ Caſtitatis Sacerdotio non eſt eſſentialiter annexum*: hîc etiam ipſi omittunt monere ſpecialis obligationis ex Eccleſiaſtica lege: quocirca eiuſdem criminis (ſi crimen eſt) rei quâ fronte in Danielem lapidem iactant? Deinde Author ſtatum Religioſum contulit cum ſtatu Sacerdotali vniuerſim, & dicere verè non potuit voto continentiæ vniuerſum Eccleſiæ Clerum obligari. Gręci enim Sacerdotes, etiam qui Catholici, vxorati eſſe poſſunt & ab annis iam nongentis fuerunt. Deinde Latinum Clerum obligari ad continentiam, ſeu continentiæ votum, quamuis disertè non dixit, tamen apertiſſimè inſinuauit his verbis illo ipſo loco: *Eccleſiæ*

Grecæ

Græcæ ſacerdotes coniugati ſunt, & in Latina eſſe poſſent ſine diuinæ legis violatione, ſatis innuit rem alioqui notiſſimam Latinos Sacerdotes Eccleſiaſtica lege ad continentiam obligari; certè ſi tamen clarè innuiſſet aliquid, quod ipſis dignum notâ videretur, eum Cenſurâ notare non omiſiſſent. quid autem mali, aut periculi ex eo quod hoc apertiùs non dixit? Tot tántaſque aquilas in muſcâ adeò minutula captandâ occupari! O Homines otioſos, & captioſos!

TITVLVS QVINTVS

De Epiſcopo Chalcedonenſi.

Propoſitio Prima. Ex Cap. vlt. num. 4.

SI Catholici huic motioni concederent (ſcilicet *recipiendi Epiſcopũ Chalcedonenſem tamquam Paſtorem & Epiſcopum ſuum proprium*) quomodo poſſunt ſe excuſare ne ſint digni illius reprehenſionis quã Corinthij à S. Paulo audierunt, nempè quod præcipitãter

ter & indiſcretè poſuerunt ſe in ſubiectionem, bona ſua temporalia impenderunt, propter quæ nullam remunerationem expectabunt à Deo, tamquam exercentes humilitatem, obedientiam, patientiam, quibus nulla iuſtitiæ corona præparatur. Imò poſſunt per cæcam acceptationem exponere ſemetipſos manifeſto periculo cadendi in graue peccatum, & diuiſionem à ſucceſſore Petri, accipiendo Paſtores, & Gubernatores contra ipſius ordinem.

CENSVRA.

Iſta Propoſitio, quatenus negat Epiſcopum à Sancta Sede delegatum recipiendum eſſe, ſicut reciperetur proprius Epiſcopus, falſa eſt, & in contemptum S. Pontificis delegantis temerariè aſſerta. Quatenus verò aſſerit Catholicos talem Epiſcopum recipientes dignos eſſe ea reprehenſione præcipitatæ & indiſcretæ ſubiectionis quàm Corinthij à S. Paulo audierunt, falſa itē eſt, maligna, iniurioſè comparans Epiſcopum à ſummo Pontifice delegatum cum pſeudo-apoſtolis, quos eo loci no-

tat Apoſtolus: & inquantam dicit,propter bona temporalia eiuſmodi Epiſcopo impenſa, nec non propter obedientiam ei pręſtitam, Catholicos nullam remunerationem expectare poſſe à Deo, nullamque eiuſmodi bonis operibus iuſtitię coronam præparatam eſſe, eſt hæretica. Denique quatenus cæcam vocat acceptationem talis Epiſcopi, & ait acceptantes exponere ſe periculo peccati & diuiſionis à ſucceſſore Petri, falſa eſt, temeraria, ſcandaloſa, viam inobedientiæ ſternit, & in errorem inducit.

SPONGIA.

Hîc Cenſores in Authorem quadrigâ inuehunt, nimirum Cenſurâ, quam quadruplici accuſatione rotant, hoc eſt, quatuor rotundis mendacijs à Collectore, ſeu interprete fabrefactis.

Primum, ex quo reliqua pendent, hoc eſt, Authorem negare delegatum à Summo Pontifice recipiendum eſſe ſicut reciperetur proprius Epiſcopus. Imo iſtiuſmodi receptionem fore indiſcretæ & præcipitatæ ſubiectionis notâ dignam. En Giganteum mendacium!

en monſtrum à Collectore fictum in quo debellando Richeriſtę Heroës triũphent. Author nihil tale dixit vnquam, nec quid tale factum. Ipſe R.mus Chalcedonenſis fatetur & agnoſcit ſe initiò ſumma Reuerentia à Regularibus & à Catholicis qui Regularibus adhærent, exceptum tamquam Summi Pontificis Delegatum, abhorrere autem ab ipſo Catholicos non antè cœpiſſe, quàm ipſe ſe Ordinarium diceret, Regulareſq; à ſe pro Confeſſionibus approbandos. Audiamus Chalcedonenſem, vt ipſius teſtimonio calumnia reuincatur. *Catholici* (inquit) *qui vobis* (Regulares alloquitur) *adhærent, initiò Epiſcopum Chalcedonẽſem inuitabant amiciſſimè, & eum reuerentia excipiebant, antequam de vobis approbandis agere cœpit. Hinc illæ lacrimæ; enimuerò exactio iuris vos approbandi, hæc illum reddidit terribilem & odioſum.* Reuerendiſſimus Dominus fatetur primò nullam fuiſſe in Regularibus, vel laicis Catholicis qui ipſis adhærent moram; ipſum vt Delegatum libentiſſimis animis admiſiſſe cum reuerentia, quâ par eſt accipi ab Epiſcoporũ Epiſcopo miſſum

Inquiſit. pag. 69. in medio.

2. ſe arrogando titulum & munus Ordinarij, & exigendo ius approbandi (quod eius factum Pontifex improbauit) ſeipſum reddidiſſe Catholicis odioſum. Nec Doctor ipſe Kelliſonus hoc agebat, vt Chalcedonenſis reciperetur tamquam Delegatus cum reuerentia dignitati proportionatâ (ſic enim rem actam egiſſet) immo nec in toto libro vel ſemel dixit illum eſſe Pōtificis Delegatum. Dixit proprium Eccleſię Anglicanę Epiſcopum, Epiſcopum verò eſſe verum principem & non Pontificis Delegatum, & conſequenter non vt Delegatum, ſed vt Principem recipiēdum *Ipſe eſt* (inquit) *veſter ſpiritualis*
Dedicat. n. 17. *Princeps, imo Princeps Paſtorum, ipſe eſt ſpiritualis veſter Pater, ipſe Paſtor veſter & caput, ipſe Princeps Paſtorum, cuius grex vos eſtis, vbi eum ipſe Spiritus Sanctus poſuit vt vos regat, ipſum amate, colite, ipſi ſubiacete, & obedite*, Ita Kelliſonus, & plura in eamdem ſententiam, ex quibus conſtat motionem ipſius quam Author reprehendit, non eſſe vt D. Chalcedonenſis reciperetur vt Delegatus, ſed vt proprius Paſtor & Princeps, non à Pontifice

Dele-

Delegatus, ſed à Spiritu Sancto conſtitutus. Huic motioni (inquit Author) ſi Catholici concederent ex ſola Doctoris aſſertione ſine ſummi Pontificis authoritate, qui poſſent excuſari? &c.

Primo Collectoris mendacio in fugā pulſo, facilè ſecundum diſſipatur, quod eſt, Authorem comparare Delegatum Summi Pontificis cum Pſeudo-Apoſtolis quos eo loci Apoſtolus notat. Nuſquam hoc factum. Non Delegatum, Delegati authoritate contentum, cum Pſeudo-Apoſtolis comparat, ſed eum quicumque ſit, qui cùm non ſit proprius Epiſcopus nec cum iuriſdictione perpetuâ, & veri principis miſſus, tamē talem ſe dicit, & vt talem ſe recipi contendit oportere; iſtiuſmodi qui ſit, Pſeudo-Apoſtolis Epiſcopalem poteſtatem ſibi arrogantibus ſimilem Author dixit: ſimilem verò eſſe quis negauerit? At inquiunt, eſt à Summo Pontifice miſſus. ſit ita ſanè: ſed non miſſus, vt ſit proprius Epiſcopus, Paſtor, & Princeps. Si Prorex à Rege delegatus ſe regem creat, qui reſiſtunt, qui recuſant recipere, an peccant in regem qui Proregem mittit? Neque tamen Author

vmquam D. Chalcedonenſem accuſauit quaſi ſibi Principatum arrogaſſet, imò dixit illum non ſe agnoſcere qualem D. Kelliſonus eum dicebat. Ipſe enim in quodam ſcripto agnoſcit ſe non eſſe Ordinarium ordinariè, quales alij Epiſcopi, Principes ſcilicet Eccleſiæ ex inſtitutione diuina, ſed Ordinarium extraordinariè tamquam Delegatum vniuerſalem ad nutum amouibilē. Hæc Author, D. Chalcedonenſem vindicans à ſuſpicione vſurpati principatus, ſolumq́ue Kelliſonum arguens, quod eum propriū Epiſcopum, Principem, Paſtorem à Spiritu Sancto conſtitutum faceret.

Hinc elucet falſitas tertię accuſationis. Authorem aſſerere Catholicos, ſi Epiſcopo Chalcedonenſi tamquam Delegato deferant, propter bona temporalia eidem impenſa, obedientiamq́ue ei pręſtitam nullam expectare à Deo remunerationem poſſe. Quanta in calumniando impudentia? Non erat quæſtio de receptione Delegati, Obedientiaq; qualis Delegato debetur exhibenda; Sed an pium eſſet & ſanctum, ſine authoritate Pontificis, Delegatum in Ordinarium, Titularem in proprium, Precarium

carium in Principem, proprio perpetuoque iure impetrantem conuertere? Hoc opus, hanc ſubiectionem ſiue reuerentiam non futuram iuſtitiæ, ſed potiùs rebellionis Author dixit, nec illis præmium à Deo rependendum. Quod dictum non minùs malitioſè quàm ridiculè eo torquetur, quaſi Author cum hæreticis ſentiat bonis operibus iuſtitiæ coronam non eſſe repoſitam. Vtinam in hos qui quouis verbo falſitates, errores, ſcandala, hæreſes crepant, non poſſet verè dici illud S. Auguſtini in Phariſæos, *Quid aliud eructaret quàm quo pleni erant.*

Reſtat quartum quod imputatur Authori, quaſi dicat receptionem D. Chalcedonenſis tamquam Delegati fore cæcam, & eum Schiſmatis periculo, iam patet calumniam eſſe. Hoc enim dixit de acceptatione illius non in Delegatum, ſed in Principem proprium & Epiſcopum ſine mandato & authoritate Summi Pontificis prout D. Kelliſonus ſuggerebat.

Propoſitio Secunda. Ibidem.

Delegati recipere debent ſtipendium & ſuſtentationē a Principe à quo mittuntur, & non à populo ad quem mittuntur.

CENSVRA.

Iſta propoſitio intellecta de Delegato miſſo in aliorum commodum & neceſſitatem, falſa eſt, rationi & praxi omnium gentium contraria.

SPONGIA.

His verbis Richeriſtę Cenſuram ſuam abſoluunt de qua verè dicam,

——— *Reſpondent vltima primis.*

Vt enim Cenſura ſuâ primâ propoſitionem Sorbonicam quam habet Gerſon in terminis, damnarunt; ita pari cęcitate hâc vltimâ Cenſurâ in propoſitionem eiuſdem Gerſonis incurrunt, qui tom. 1. col. 539. *Delegatus* inquit, *dum ſpecialiter mittitur per Ordinariũ ſuum, tenetur Ordinarius ei de ſuſtentatio-*

tatione ſua ſufficienter prouidere, qua datâ iam contrahitur quaſi Paſtoralis obligatio in Doctore Delegato, nec enim dicere poteſt, quia nemo nos conduxit. Ecce Gerſon totidem pæne verbis dicit quod Author aſſeruit, Delegatum debere Stipendium & Suſtentationem accipere ab Ordinario Delegante. Iam ſi placet, ſæuiat Schola Richeriſtica, & huius propoſitionis Authorem falſum, & praxis omnium gentium ignarum clamitet, ſic enim non ſolum in Gerſonē, ſed quod nobis maius eſt, in ipſum S. Thomam clamitabit, qui 2. 2. q. 188. art. 4. ad 4. *Si tamen* (inquit) *non inuenirentur qui gratis ſe huiuſmodi obſequijs manciparent, tenerentur Ordinarij Prælati, ſi ipſi non ſufficerent, alios ad hoc idoneos mittere, quibus ſumptus ipſi miniſtrarent.* Vides Delegato in beneficium populorum, & quo populi indigent, non à populo ex iuſtitia Stipēdium deberi, ſed eum ab Ordinario Sumptus petere poſſe, & accipere oportere; vt mirum ſit, qua cęcitate dixerint Richeriſtæ Delegatum ab Ordinario in populi commodum miſſum, à populo ſtipendium ex iuſtitia exigere poſſe,

poſſe, & contrarium eſſe contra ſpraxim omnium gentium, ita ſe iuris gentium ignaros demonſtrant. Nuntij Apoſtolici nonne delegantur in commodum nationum ad quas mittuntur, nec tamen à natione, ſed à Pontifice Stipendium habent? Proreges delegantur pro beneficio regnorum, ad quæ deſtinantur, nec tamen à populis ſed à Regibus ſalaria accipiunt. hoc tradunt etiam Canoniſtę in Cap. *Si Epiſcopus. de officio Vicarij*. in 6. *Epiſcopum teneri Vicario ſuo* (qualem ſe eſſe contendit D. Chalcedonenſis) *congruum Salarium conſtituere, quod procedit etiamſi non ſit conuentum de Salario*. Addunt, (a) *Si Delegatus habet proficiſci, & ſit ita impotens, vt non poſſit ſuis expenſis itinerare, poteſt à principio petere expenſas itineris*. Ita Abbas in cap. *Prouidentia*. n. 23. Extra. *de officio Delegati*, ſignificans ſi à principio non petat, poſtea petere non poſſe. Ibidem §. *Adijcimus* dicit idem Abbas, *Delegatũ non teneri exequi delegationem cum admodum graui damno rerum ſuarũ, poteſt tamen Papa eum abſolutè cogere ad acceptandum*. Hoc ſupponit Delegatum à Delegante ſala-

(a) *Lelius Zecchius de Rep. Eccleſiaſt. c. 23. de Officio Vicarij. n. 4.*

ſalarium petere oportere, ac cogi poſſe delegationem ſine ſalario acceptare; quanto magis ſtipendium non debetur ei Delegato qui Delegati onus ſine vlla vi aut coactione acceptauit, nulla mentione facta ſtipendij, metu ne forte ea de cauſa Delegatio non tam facilè cōcederetur. Denique cum ſit in Anglia Capitale R.mo Chalcedonenſi aliquid ſtipendij præſtare, non poſſunt vniuerſim Catholici ad id cogi. Eius operâ qui vtuntur, debent ipſi de neceſſarijs, ſi egeat, prouidere; ni faciant, opem ſuã ſubtrahere poteſt. Qui eius operâ non vtuntur, nihilque ab eo beneficij percipiunt, vt cum vitę fortunarumque diſcrimine, in eius ſtipendium ſymbola conferant, quis cogat? Ineptum eſt Pariſienſes de rebus Angliæ affirmare, quas neſciunt.

EPILOGVS.

Hæc opinor ſatis probant quàm ſit indocta ineptaque, quę Pariſienſis Facultatis nomine aduerſus Apologiam Cenſura emanauit. Neque ipſi moleſtè ferre meritò poſſunt, ſi tamquam veritas

tas patiebatur, illius indignitatem calamo abſterſorio executus ſim, ſpongiamque nonnumquam aquâ non ſimplici, ſed aceto mixtâ, quo penetraret intimiùs, impleuerim. Vni Theologorum Catholici orbis ſui nominis vmbrã Regularium famę pro fide Catholica apud Anglos Hibernoſque laborantium obterendę cauſâ, maleuolis accommodarunt, & ſe omnis Cenſuræ expertes fore arbitrati ſunt? Quę dixi tamen, de Richeriſtis tantùm, vt initiò monui, dicta ſunto, non de reliquis puræ fidei Magiſtris, quos veneror ac colo. Remedium Facultas, ſi placet vti, habet ad manum, ſe deceptos à tribus maleuolis, quod res eſt, fateantur, ſe propoſitiones ipſorum fide collectas damnaſſe, Cenſuras quas ipſi pro ſuo ingenio & voto appoſuerant, approbaſſe. Ita à Facultate in veros Cenſuræ Authores dedecus tranſcribetur.

APPEN-

APPENDIX
CIRCA CENSVRAM
Ill.mi ac R.mi Domini
PARISIENSIS
ARCHIEPISCOPI.

NON eſt vox hominis (inquit Hieronymus) *nec ad hominem, aliquem hæreſeos accuſari, nec illi liberum derelinqui, vt ſe Catholicum probet, lutatamq́ faciem, ac Hæretico fætore conſperſã, ſimplici ſaltem aquâ diluat, ne accuſantem conuincere videatur iniuriæ.* Quocirca in ſpem venio Illuſtriſſimum Pariſienſem, pro ſua humanitate

Hieron. Apologia aduerſus Ruffin.

nitate ac prudentiâ grauatè non læturum ſi quam maculam Danielis libro Cenſura ipſius intulit, adhibita Spongiâ modeſtæ perſpicuæq; reſponſionis, veluti pura aquâ, abſtergam.

Illuſtriſſimum Dominum pro Paſtoralis officij ratione gregi ſuæ fidei commiſſo, & ſaluti animarũ inuigilare, res eſt laude digniſſima, auditoque hæreſeos nomine continuò exhorruiſſe. Nihilominus non poteſt Illuſtriſſimus Dominus neſcire nimiam diligentiam ingerere ſuſpicionem fraudis, quæ diligentia in hac Cenſura fuit tam noua, inuſitata, exotica, vt non occaſio hæreſeos repellendæ oblata, ſed infamiæ Regularibus inurendæ quæſita, videri poſſit. Quis credat tantam prudentiam perſpicaciamque ingenij longo rerum vſu oculatam timuiſſe, ne ſuæ Luteтianæ oues libris Anglicè ſcriptis, & in Anglia tantùm venalibus infecerẽtur; néue

ue Regularium in Hybernia blaſphemantiũ ſonoræ voces Pariſios exaudirentur. Quot quotidie libri lingua Gallicâ excuduntur dogmatibus verè impijs & pernicioſis inſtructi, in quos tamen Archiepiſcopalis Cenſura non fulminat, imo neque in nonnullos Gallicè ſcriptos, quibus hoc ipſum pertractatur argumentum, Regulares ad Hierarchiam pertinere? Fateor nimiam cautelam non nocere, tamen non nemo exiſtimabit Illuſtriſſimum Dominum conſultiùs facturum, ſi libris hæreticis ſuæ gentis proſcribendis inuigilet, potiùſque à Gallicâ caueat, quàm vel Anglicâ, vel Hibernicâ lue.

Nec mirum alicui videri debet, Regulares prætextu paſtoralis curæ, à Prælatis ſæcularibus nonnumquã exagitari. factum hoc aliàs antiquitùs, recenter, cuius ipſi ſummi Pontifices in ſuis diplomatibus teſtes. *Pius Quintus* Bullâ, quæ incipit;

pit; *Etſi Mendicantium*, ſic ſcribit: *Attendentes pleroſq; ex Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis; & Epiſcopis, qui ordines Mendicantiũ præcipuè tamquam fructiferos in agro Domini palmites, & colere, & adunare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilij Tridentini decretis in prauum ſenſum retortis, eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus &c.* Idem longè antè de ſuo ſæculo teſtatur *Alexander IIII. Nimis* (a) *iniquâ viciſsitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ij, qui de patrimonio Chriſti impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtũ patenter in famulis perſequi non verentur, ac ſi factus eſſet impotens Dominus vltionum &c.*

(a) *Bulla quæ incipit*, Nimis iniqua.

Deum teſtor hoc à me non dici, quod aliquam labem Illuſtriſſimo Domino imputare velim, tantùm Religioſam Paupertatem, per ſe humilem & iacentem ſupremorum

Pon-

Pontificum teſtimonio ſubleuandam putaui, ne Archiepiſcopalis auctoritatis ſplendore præiudicata causâ obruatur.

Nobis innotuit Illuſtriſſimum Dominum zelo domus Dei percitum quorumdam Regularium minùs Religioſos mores corripere cupientem, in Monaſterio exempto iuriſdictionē exercere voluiſſe, nec pro tanti Præſulis dignitate fuiſſe tractatum. Hinc culpam paucorum reliquis inuidiæ eſſe, cuius vis, & flamma in Regulares *Angliæ*, & *Hiberniæ*; nequicquam obſtāte Oceano, penetrauit.

Auguribus Romanis, quibus vlcera eſſent, interdictum erat ne aues obſeruarent, ne ſcilicet priuati doloris ſenſu abductus animus de volatu ipſarum minùs rectè iudicaret, & quod ſalutare portentū eſſet, ſiniſtrum interpretaretur. Hinc ſumere licet documentum. Librorum obſeruatores, Fideíque

pit; *Etſi Mendicantium*, ſic ſcribit: *Attendentes pleroſq; ex Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis; & Epiſcopis, qui ordines Mendicantiũ præcipuè tamquam fructiferos in agro Domini palmites, & colere, & adunare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilij Tridentini decretis in prauum ſenſum retortis, eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus &c.* Idem longè antè de ſuo ſæculo teſtatur *Alexander IIII. Nimis* (a) *iniquâ viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ij, qui de patrimonio Chriſti impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtũ patenter in famulis perſequi non verentur, ac ſi factus eſſet impotens Dominus ultionum &c.*

(a) *Bulla quæ incipit*, Nimis iniqua.

Deum teſtor hoc à me non dici, quod aliquam labem Illuſtriſſimo Domino imputare velim, tantùm Religioſam Paupertatem, per ſe humilem & iacentem ſupremorum

Pon-

Pontificum teſtimonio ſubleuandam putaui, ne Archiepiſcopalis auctoritatis ſplendore præiudicata causâ obruatur.

Nobis innotuit Illuſtriſſimum Dominum zelo domus Dei perci tum quorumdam Regularium minùs Religioſos mores corripere cupientem, in Monaſterio exempto iuriſdictionē exercere voluiſſe, nec pro tanti Præſulis dignitate fuiſſe tractatum. Hinc culpam paucorum reliquis inuidiæ eſſe, cuius vis, & flamma in Regulares *Angliæ*, & *Hiberniæ*; nequicquam obſtāte Oceano, penetrauit.

Auguribus Romanis, quibus viſcera eſſent, interdictum erat ne aues obſeruarent, ne ſcilicet priuati doloris ſenſu abductus animus de volatu ipſarum minùs rectè iudicaret, & quod ſalutare portentū eſſet, ſiniſtrum interpretaretur. Hinc ſumere licet documentum. Librorum obſeruatores, Fideiq́ue

pit; *Etſi Mendicantium*, ſic ſcribit: *Attendentes pleroſq; ex Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis; & Epiſcopis, qui ordines Mendicantiū præcipuè tamquam fructiferos in agro Domini palmites, & colere, & adunare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilij Tridentini decretis in prauum ſenſum retortis, eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus &c.* Idem longè antè de ſuo ſæculo teſtatur *Alexander IIII. Nimis* (a) *iniquâ viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ij, qui de patrimonio Chriſti impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtū patenter in famulis perſequi non verentur, ac ſi factus eſſet impotens Dominus vltionum &c.*

(a) *Bulla quæ incipit*, Nimis iniqua.

Deum teſtor hoc à me non dici, quod aliquam labem Illuſtriſſimo Domino imputare velim, tantùm Religioſam Paupertatem, per ſe humilem & iacentem ſupremorum

Pon-

Pontificum teſtimonio ſubleuandam putaui, ne Archiepiſcopalis auctoritatis ſplendore præiudicata causâ obruatur.

Nobis innotuit Illuſtriſſimum Dominum zelo domus Dei percitum quorumdam Regularium minùs Religioſos mores corripere cupientem, in Monaſterio exempto iuriſdictionẽ exercere voluiſſe, nec pro tanti Præſulis dignitate fuiſſe tractatum. Hinc culpam paucorum reliquis inuidiæ eſſe, cuius vis, & flamma in Regulares *Angliæ*, & *Hiberniæ*; ne quicquam obſtãte Oceano, penetrauit.

Auguribus Romanis, quibus vlcera eſſent, interdictum erat ne aues obſeruarent, ne ſcilicet priuati doloris ſenſu abductus animus de volatu ipſarum minùs rectè iudicaret, & quod ſalutare portentũ eſſet, ſiniſtrum interpretaretur. Hinc ſumere licet documentum. Librorum obſeruatores, Fideique

pit; *Etſi Mendicantium*, ſic ſcribit: *Attendentes pleroſq; ex Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopis; & Epiſcopis, qui ordines Mendicantiū præcipuè tamquam fructiferos in agro Domini palmites, & colere, & adunare deberent, non ſolùm id exequi negligere, verùm etiam Concilij Tridentini decretis in prauum ſenſum retortis, eorum quemlibet varijs afficere incommodis, & perturbationibus &c.* Idem longè antè de ſuo ſæculo teſtatur *Alexander IIII. Nimis* (a) *iniquâ viciſſitudine largitori bonorum omnium reſpondetur, dum ij, qui de patrimonio Chriſti impinguati luxuriant damnabiliter in eodem, Chriſtū patenter in famulis perſequi non verentur, ac ſi factus eſſet impotens Dominus ultionum &c.*

(a) *Bulla quæ incipit*, Nimis iniqua.

Deum teſtor hoc à me non dici, quod aliquam labem Illuſtriſſimo Domino imputare velim, tantùm Religioſam Paupertatem, per ſe humilem & iacentem ſupremorum Pon-

Pontificum teſtimonio ſubleuandam putaui, ne Archiepiſcopalis auctoritatis ſplendore præiudicata causâ obruatur.

Nobis innotuit Illuſtriſſimum Dominum zelo domus Dei percitum quorumdam Regularium minùs Religioſos mores corripere cupientem, in Monaſterio exempto iuriſdictionē exercere voluiſſe, nec pro tanti Præſulis dignitate fuiſſe tractatum. Hinc culpam paucorum reliquis inuidiæ eſſe, cuius vis, & flamma in Regulares *Angliæ*, & *Hiberniæ*; nequicquam obſtāte Oceano, penetrauit.

Auguribus Romanis, quibus vlcera eſſent, interdictum erat ne aues obſeruarent, ne ſcilicet priuati doloris ſenſu abductus animus de volatu ipſarum minùs rectè iudicaret, & quod ſalutare portentū eſſet, ſiniſtrum interpretaretur. Hinc ſumere licet documentum. Librorum obſeruatores, Fideique

Pontificum teſtimonio ſubleuandam putaui, ne Archiepiſcopalis auctoritatis ſplendore præiudicata causâ obruatur.

Nobis innotuit Illuſtriſſimum Dominum zelo domus Dei percitum quorumdam Regularium minùs Religioſos mores corripere cupientem, in Monaſterio exempto iuriſdictionẽ exercere voluiſſe, nec pro tanti Præſulis dignitate fuiſſe tractatum. Hinc culpam paucorum reliquis inuidiæ eſſe, cuius vis, & flamma in Regulares *Angliæ*, & *Hiberniæ*; ne quicquam obſtãte Oceano, penetrauit.

Auguribus Romanis, quibus viſcera eſſent, interdictum erat ne aues obſeruarent, ne ſcilicet priuati doloris ſenſu abductus animus de volatu ipſarum minùs rectè iudicaret, & quod ſalutare portentũ eſſet, ſiniſtrum interpretaretur. Hinc ſumere licet documentum. Librorum obſeruatores, Fideique

Iudices, animo ſi fuerint in Authores exulcerato, facilè in diiudicandis eorum volatibus, Theologiſque diſcurſibus decipi poſſe. Animus quippe priuatæ ægritudinis ſenſu, acceptæ iniuriæ memoriâ à recto & verò auocatur, cùm veriſſimum ſit (d) *Hieronymi* dictum, *Inimicus etiam in ſcirpo nodum quærit.*

(d) *Ad Pammachium ad. uerſus errores Ioã. Hieroſol.*

Animi in Regulares minùs placati indicium videri poteſt, quod Illuſtriſſimus primus ſolitariuſque in libros Cenſuram tulerit; Propoſitiones ex *Danielis à Ieſu* libro collectas ſibi oblatas ſtatim damnauerit, antequam librum ex Anglico integrè verſum legiſſet, deniqùe vel maximè, quod in propoſitiones Hibernicas impetum fecerit. Hoc enim reliqui Archiepiſcopi & Epiſcopi pro ſua prudentia, moderatione, grauitate ſibi faciendum non putârunt, cùm nihil præter auditum, rumoremque de propoſitionibus illis afferretur. Certè ſi ſciret Illuſtriſſi-

luſtriſſimus Pariſienſis, quid de ipſo per reliquas gentes multorum ſermone ſpargatur, numquam probaret Catholicos inauditos ex ſola auditione damnari. Aptè hic quiſpiã patrocinium Regularium Hiberniæ in ſe ſuſcipiens verba *Hieronymi* vſurparet, quibus *Ioanni* Epiſcopo Hieroſolymitanò reſpõdet pro Monachis Paleſtinæ: *Ne probare cogatur, audiſſe ſe dicit: O ſi & mihi liberet dicere, quæ multi clamitant, & aliorum maledictis acquieſcerem: iam & nos intelligeret ſcire quæ omnes ſciũt, & me quoque audire quæ nullus ignorat. Scit & ipſe quid taceam, quid loquar, quid & ego audierim quid prò Chriſti metu fortaſſe non credam.*

Hier. ep. ad Theop. aduerſus Ioan. Hieroſol.

Quod ſpectat ad ipſam Cenſuram, quâ libri damnantur, hoc tantùm querimur, accuſatoribus nimium, reis nihil Fidei eſſe habitum. Libri linguâ ſcripti, quam Iudex non intelligebat, damnati ſunt velut falſa, erronea, Hierarchiæ de-

ſtructiua, hæreſim redolentia, verbi Dei abuſiua continentes, interpretantibus inimicis, qualibet ratione, inquit *Auguſtinus*, tamen inimicis. Augures illi Romani, de quibus iam dixi, aues volantes obſeruare non debebant, flante vento, quia dum venti ſpirant, firma Auguria non exhibent, cùm natiuo impetu non ferantur, ſed inæqualibus vagentur volatibus. Tractatus de Myſterijs Fidei Catholicæ non ineptè poſſunt auibus comparari, de quibus iudicium fieri nõ debet ex Aduerſarij flatu. Nam genuino ſenſu ferri & transferri quis credat, nec ab Authoris ſenſu violenter abripi, ſi ſpiritu turbido ferociq́ue ventilentur Interpretis inimici?

Plutarch. in qq. Rõ.

Satis Cenſuram, hoc eſt Interpretum, & collectorum fraudes & calumnias ſola librorum latina editio confutabit. Nam ſi quis Diſcuſſionis & Apologiæ loca conſulat, ex quibus Propoſitiones Cenſurâ notabiles

tabiles eruuntur, ſtatim diſpiciet non Cenſuram, ſed calumniam eſſe excuſam. Propoſitiones quippe alieno ſẽſu ſumi, verbis omiſſis quæ pertinent ad ſentẽtiam, nonnumquam etiam additis, quæ ſententiam mutent, vel eſſe Clariſſimorum Theologorum & Patrum dicta.

Itaque Collectori ſeu Interpreti meritò dicam, quod *Auguſtinus* Petiliano Donatiſtarum Epiſcopo: *Tam malè exiſtimaſti, non dicam de Chriſtianis, ſed de genere humano, vt crederes tua ſcripta, & mea in manus aliquorum non poſſe venire prudentium?* Nimirum qui nihil temerè crederent, ſed librum conſulerent, qui carpitur. Quam inſipientiam Calumniatoribus inſitam exagitat etiam *Cyprianus: Hæc eſt vera dementia non cogitare, non ſentire, quod mendacia nõ diu fallant, noctem tamdiu eſſe donec luceſcat dies, clarificata autem die, & oborto ſole luci tenebras & caliginem cedere.* Neque hoc Ad-

Lib. 3. aduerſus literas Petil. c. 1.

Lib. 1. ep. 3. ad Cornelium.

uerſarij non ſentiunt, ideoque omni arte & ope nituntur, ne luceſcat dies, ne *Danielis à Ieſu* liber in latinam lucem edatur.

Quod ſupereſt, iuſtæ Regularium omnium cauſæ pro Chriſtiana cõmiſeratione patrocinatus, Illuſtriſſimum Dominum ſupplici voce eorum nomine obteſtor, ne quæ ipſos tam fædâ accuſatione pulſatos purgandi causâ ſcribere veritas neceſſitasque compulit, in alienam partem accipiet. Omnis culpa obtrectatorum eſt, interpretumque & eorum qui propoſitiones ex libro malâ fide collectas, ſuppreſſis particulis & probationibus, ex quibus ipſarum ſenſus & veritas perſpiceretur, exhibuerunt. In hos ſi ſua Illuſtriſſima Dominatio exẽplum ſtatuat, ne rurſus Præſule tantæ dignitatis prudentiæque temerè pro ſua impudentia abutantur, honori ſuo Regularium, veritatiſque conſuluerit. Ita in authores calumniæ omnem infa-

miam

miam à ſe alijſque propulſabit, paratum Mardochæo patibulum in quo putreſcat, Amani reponet, Auguſtinum, ſancti Epiſcopi immortale exemplar, imitabitur, qui à ſuâ menſâ obtrectatores longiſſimè arcebat.

Flamini Diali apud Romanos Canem alere non licebat, immo neque Canem aſpicere, vel nominare. Quia cum Sacerdos haberetur, vt ait *Plutarchus*, ſupremi & puriſſimi Numinis, cum animalibus immundis eum nihil habere commune oportebat, nec illi adeſſe, quod miſeros ac ſupplices à perfugio arceret; ad cuius genua ſi quis accidiſſet, à ſupplicio immunis erat, & ſi vinctus accederet, ſoluebatur. Procul ab illo quem verè poſſumus dicere, *Sacerdotem ſupremi & puriſſimi Numinis, viuumque perfugij Simulachrum*, ſint canes, non illi cuſtodes ouium, luporum hoſtes, ſed qui latrant tantùm in domeſticos

Fidei, accuſatores Fratrum, diſcordiarum architecti, de quibus Apoſtolus: *Videte canes, videte conciſionem*. Illis, qui ad veſtra genua ſupplices accidunt, proſtratique pacem & veniam humillimè orant, liceat eſſe ſecuros, veſtraque benignitate Cenſurarum vincula, præſertim immeritis implexa, relaxentur.

PARA-

PARATHESIS CIRCA DVO BREVIA APOSTOLICA

Ad R.mum Epiſcopum Chalcedonenſem.

Cum Reſpōſiuncula ad libellū, qui putatur eiuſdem Rmi. Anglicè ſine nomine Authoris editum, cui Titulus: Breuis & neceſſaria Inſtructio pro Catholicis Angliæ, quoad ſuum Paſtorem. *Ex Anglico in Latinum fideliter verſum.*

QVandoquidē Cenſores Breue Apoſtolicum inſtitutionis Reuerēdiſſimi Epiſcopi Chalcedonēſis Pro Catholicis Angliæ & Scotiæ ſuæ Cenſuræ annectendum putarunt; idem conſilium ſequi volui,

volui, & illud huic noſtræ Reſponſioni ſubiungere. Inde enim quę dicuntur in libris *Diſcuſſionis*, & *Apologiæ* maximè confirmantur, & lucę meridianâ clarius eſt Reuerendiſſimum Chalcedonéſem Anglię Scotięque Epiſcopum, ſeu Ordinarium neque nomine, neque officio eſſe.

Exemplar breuis S. D. N. Vrbani PP. VIII. Per quod Facultates Ordinariorum pro ſolatio Catholicorum, tenore priuilegij, ſeu licentiâ, Chalcedonenſi Epiſcopo delegantur.

VRBANVS PP. VIII.

Præfatio. *Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Romana ſollicita de ſalute filiorum mater, in eos præcipuè cordis ſui affectum intendit, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc eſt quod non ſine viſcerum noſtrorum commotione, conſiderantes Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt, Epiſcopi ſolatio quantum cum*

Domino

Domino poſſumus, eos ſubleuare decreuimus.

Quapropter de tua fide, prudentia, integritate, Catholicæ Religionis zelo ac doctrinâ plurimum in Domino confiſi, Tibi, vt poſtquam munus Conſecrationis ſuſceperis, & ad eadem Regna te contuleris ad ſolatium animarum & ſpirituale bonum Chriſti fidelium Catholicorum in Regnis Angliæ & Scotiæ prædictis exiſtentium; ſiue quos pro tempore ibi exiſtere contigerit, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, omnibus & ſingulis Facultatibus olim Archipresbyteris Angliæ à Sede Apoſtolica deputatis per fœl. record. Clementem VIII. & Paulum V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis; nec non quibus Ordinarij in ſuis Ciuitatibus, Diœceſibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt; ſimiliter vti, frui & gaudere liberè & licitè poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium; licentiam & facultatem impertimur: Teque ad præmiſſa omnia & ſingula authoritate & tenore prædictis delegamus. Cōceſſio.

Cauſarum tamen in ſecunda inſtantia cognitionem & terminationem, omnémque à quocumque grauamine recurſum noſtro Concluſio.

apud

volui, & illud huic noſtræ Reſponſioni ſubiungere. Inde enim quę dicuntur in libris *Diſcuſſionis*, & *Apologiæ* maximè confirmantur, & lucę meridianâ clarius eſt Reuerendiſſimum Chalcedonēſem Anglię Scotię que Epiſcopum, ſeu Ordinarium neque nomine, neque officio eſſe.

Exemplar breuis S. D. N. Vrbani PP. VIII. Per quod Facultates Ordinariorum pro ſolatio Catholicorum, tenore priuilegij, ſeu licentiâ, Chalcedonenſi Epiſcopo delegantur.

VRBANVS PP. VIII.

Præfatio. *Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Romana ſollicita de ſalute filiorum mater, in eos præcipuè cordis ſui affectum intendit, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc eſt quod non ſine viſcerum noſtrorum commotione, conſiderantes Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt, Epiſcopi ſolatio quantum cum*

Domino

Domino poſſumus, eos ſubleuare decreuimus.

Quapropter de tua fide, prudentia, integritate, Catholicæ Religionis zelo ac doctrinâ plurimum in Domino confiſi, Tibi, vt poſtquam munus Conſecrationis ſuſceperis, & ad eadem Regna te contuleris ad ſolatium animarum & ſpirituale bonum Christi fidelium Catholicorum in Regnis Angliæ & Scotiæ prædictis exiſtentium; ſiue quos pro tempore ibi exiſtere contigerit, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, omnibus & ſingulis Facultatibus olim Archipresbyteris Angliæ à Sede Apoſtolica deputatis per fœl. record. Clementem VIII & Paulum V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis; nec non quibus Ordinarij in ſuis Ciuitatibus, Diœceſibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt; ſimiliter vti, frui & gaudere liberè & licitè poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium; licentiam & facultatem impertimur: Teque ad præmiſſa omnia & ſingula authoritate & tenore prædictis delegamus. Cõceſſio.

Cauſarum tamen in ſecunda inſtantia cognitionem & terminationem, omnémque à quocumque grauamine recurſum noſtro Concluſio.

apud

Digitized by Google

volui, & illud huic noſtræ Reſponſioni ſubiungere. Inde enim quę dicuntur in libris *Diſcuſſionis*, & *Apologiæ* maximè confirmantur, & luce meridianâ clarius eſt Reuerendiſſimum Chalcedonéſem Anglię Scotięque Epiſcopum, ſeu Ordinarium neque nomine, neque officio eſſe.

Exemplar breuis S. D. N. Vrbani PP. VIII. Per quod Facultates Ordinariorum pro ſolatio Catholicorum, tenore priuilegij, ſeu licentiâ, Chalcedonenſi Epiſcopo delegantur.

VRBANVS PP. VIII.

Præfatio. *DIlecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Romana ſollicita de ſalute filiorum mater, in eos præcipuè cordis ſui affectum intendit, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc eſt quod non ſine viſcerum noſtrorum commotione, conſiderantes Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt, Epiſcopi ſolatio quantum cum*

Domino

Domino poſſumus, eos ſubleuare decreuimus.

Quapropter de tua fide, prudentia, integritate, Catholicæ Religionis zelo ac doctrinâ plurimum in Domino confiſi, Tibi, vt poſtquam munus Conſecrationis ſuſceperis, & ad eadem Regna te contuleris ad ſolatium animarum & ſpirituale bonum Chriſti fidelium Catholicorum in Regnis Angliæ & Scotiæ prædictis exiſtentium; ſiue quos pro tempore ibi exiſtere contigerit, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, omnibus & ſingulis Facultatibus olim Archipresbyteris Angliæ à Sede Apoſtolica deputatis per fœl. record. Clementem VIII & Paulum V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceßis; nec non quibus Ordinarij in ſuis Ciuitatibus, Diœceſibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt; ſimiliter vti, frui & gaudere liberè & licitè poßis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium; licentiam & facultatem impertimur: Teque ad præmiſſa omnia & ſingula authoritate & tenore prædictis delegamus. Cōceſſio.

Cauſarum tamen in ſecunda inſtantia cognitionem & terminationem, omnémque à quocumque grauamine recurſum noſtro Concluſ.

apud

volui, & illud huic noſtræ Reſponſioni ſubiungere. Inde enim quę dicuntur in libris *Diſcuſſionis*, & *Apologiæ* maximè confirmantur, & lucę meridianâ clarius eſt Reuerendiſſimum Chalcedonéſem Anglię Scotię que Epiſcopum, ſeu Ordinarium neque nomine, neque officio eſſe.

Exemplar breuis S. D. N. Vrbani PP. VIII. Per quod Facultates Ordinariorum pro ſolatio Catholicorum, tenore priuilegij, ſeu licentiâ, Chalcedonenſi Epiſcopo delegantur.

VRBANVS PP. VIII.

Præfatio. *Dilecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Romana ſollicita de ſalute filiorum mater, in eos præcipuè cordis ſui affectum intendit, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc eſt quod non ſine viſcerum noſtrorum commotione, conſiderantes Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt, Epiſcopi ſolatio quantum cum Domino*

Domino poſſumus, eos ſubleuare decreuimus.

Quapropter de tua fide, prudentia, integritate, Catholicæ Religionis zelo ac doctrinâ plurimum in Domino confiſi, Tibi, vt poſtquam munus Conſecrationis ſuſceperis, & ad eadem Regna te contuleris ad ſolatium animarum & ſpirituale bonum Chriſti fidelium Catholicorum in Regnis Angliæ & Scotiæ prædictis exiſtentium; ſiue quos pro tempore ibi exiſtere contigerit, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, omnibus & ſingulis Facultatibus olim Archipresbyteris Angliæ à Sede Apoſtolicâ deputatis per fæl. record. Clementem VIII & Paulum V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis; nec non quibus Ordinarij in ſuis Ciuitatibus, Diœceſibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt; ſimiliter vti, frui & gaudere liberè & licitè poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium; licentiam & facultatem impertimur: Teque ad præmiſſa omnia & ſingula authoritate & tenore prædictis delegamus. Cõceſſio.

Cauſarum tamen in ſecunda inſtantia cognitionem & terminationem, omnémque à quocumque grauamine recurſum noſtro Concluſio.

apud

Digitized by Google

volui, & illud huic noſtræ Reſponſioni ſubiungere. Inde enim quę dicuntur in libris *Diſcuſſionis*, & *Apologia* maximè confirmantur, & lucę meridianâ clarius eſt Reuerendiſſimum Chalcedonēſem Anglię Scotię que Epiſcopum, ſeu Ordinarium neque nomine, neque officio eſſe.

Exemplar breuis S. D. N. Vrbani PP. VIII. Per quod Facultates Ordinariorum pro ſolatio Catholicorum, tenore priuilegij, ſeu licentiâ, Chalcedonenſi Epiſcopo delegantur.

VRBANVS PP. VIII.

Præfatio. *DIlecte Fili, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Eccleſia Romana ſollicita de ſalute filiorum mater, in eos præcipuè cordis ſui affectum intendit, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc eſt quod non ſine viſcerum noſtrorum commotione, conſiderantes Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt, Epiſcopi ſolatio quantum cum Domino*

Domino poſſumus, eos ſubleuare decreuimus.

Quapropter de tua fide, prudentia, integritate, Catholicæ Religionis zelo ac doctrinâ plurimum in Domino confiſi, Tibi, vt poſtquam munus Conſecrationis ſuſceperis, & ad eadem Regna te contuleris ad ſolatium animarum & ſpirituale bonum Chriſti fidelium Catholicorum in Regnis Angliæ & Scotiæ prædictis exiſtentium; ſiue quos pro tempore ibi exiſtere contigerit, ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, omnibus & ſingulis Facultatibus olim Archipresbyteris Angliæ à Sede Apoſtolica deputatis per fœl. record. Clementem VIII. & Paulum V. Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſis; nec non quibus Ordinarij in ſuis Ciuitatibus, Diœceſibus vtuntur, fruuntur, & gaudent, ac vti, frui, & gaudere poſſunt; ſimiliter vti, frui & gaudere liberè & licitè poſſis & valeas, Apoſtolicâ authoritate tenore præſentium; licentiam & facultatem impertimur: Teque ad præmiſſa omnia & ſingula authoritate & tenore prædictis delegamus. Cõceſſio.

Cauſarum tamen in ſecunda inſtantia cognitionem & terminationem, omnémque à quocumque grauamine recurſum noſtro Concluſio.

apud

Digitized by Google

apud chariſſimum filium Ludouicum Francorum Regem Chriſtianiſſimum, nunc & pro tempore exiſtenti Nuncio reſeruamus, & reſeruata eſſe volumus, cui non intendimus per præſentes vllatenus præiudicare. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in vniuerſalibus Prouincialibuſque & Synodalibus Concilijs editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die IV. Februarij M. DC. XXV. Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

V. THEATINVS.

A tergo,

Dilecto filio Ricardo Electo Chalcedonenſi.

Hoc breue Apoſtolicum, in Præfationem, Conceſſionem, Concluſionem diſtinguitur, & in ſingulis partibus obſeruanda occurrunt in cauſam, quam defendendam ſuſcepimus. In præfatione quinque notanda duxi.

Primum eſt, *Eccleſiam Romanam in eos præcipue, cordis ſui affectum intendere,*

dere, qui Paſtoralis prouidentiæ auxilio magis indigent. Hinc ſequitur, 1. Eccleſias proprio Epiſcopo & Paſtore deſtitutas (hę enim Paſtorali Romanæ Eccleſiæ prouidentiâ magis indigent) ſub peculiari propriâ, pręcipua Romanę Eccleſiæ, hoc eſt ſummi Pontificis, curâ & Paſtorali prouidentiâ eſſe. 2. Proprium Paſtorem & Epiſcopum, ſeu propriam præcipuamque Paſtoralem prouidentiam, numquam Catholicis Angliæ defuiſſe. 3. Eos ſemper fuiſſe plebem ſuo Paſtori, ſuo Epiſcopo de ipsâ præcipuam Paſtoralem prouidentiam habenti adunatam, atque adeò veram Eccleſiam, contra Doctorem Kelliſonum, qui ſæpius repetit fuiſſe ſine Paſtore gregẽ, ſine capite corpus, ſine duce exercitum, atque adeo non Chriſti Eccleſiam.

Secundum in Pręfatione obſeruo, *Catholicos Regnorum Angliæ & Scotiæ hæreſis violentiâ oppreſſos, vtilitatibus ijs deſtitui, quas cæteri Eccleſiæ filij ab Epiſcoporum miniſterio percipiunt*. Hac quippe oratione Pontifex indicat hos Catholicos vtilitatibus quibuſdam deſtitutos fuiſſe defectu Epiſcopi, non tamen vlla re ad ſalutem ſimpliciter ne-

ceſſariâ

ceſſariâ caruiſſe. Nam ſi re aliqua ad ſalutem neceſſariâ caruiſſent, hoc Pontifex ſe dolere cum viſcerum ſuorum commotione dixiſſet. Hinc ſequitur, Confirmationis Sacramentum eſſe ſalubre, valde vtile, & cùm commodè haberi poteſt, non negligendum; non tamen eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium, vt cõtendit Reuerẽdiſſimus Chalcedonenſis, ita vt putet contrarium eſſe in fide errorem. Sequitur etiam eſſe falſam ſententiam D. Kelliſoni, qui fatetur Confirmationis Sacramentum non eſſe ſingulis ſub præcepto neceſſarium, contendit tamen eſſe omnino neceſſarium genti, quæ ſub perſecutione laboret, vt illud ſit cum quouis perſecutionis incremento conquirendum.

Inquiſit. pag. 12.

Hierarch. cap. 14. n. 3.

Tertiò, obſeruo illud, *ab Epiſcoporũ miniſterio percipiunt*, & illud, *Epiſcopi ſolatio eos ſubleuare decreuimus*. Non enim dicit, Epiſcopali regimine, Paſtorali Epiſcopi prouidẽtiâ, authoritate, officio, poteſtate, ſed tantùm miniſterio & ſolatio, clariſſimè ſignificans ſe adhuc propriam paſtoralem prouidentiam, curam, & Epiſcopalem intẽtionem, quoad Regna Angliæ & Scotiæ ſibi retinere;

Epiſ-

Epiſcopum verò Chalcedonenſem mitti, vt Sacramenta Epiſcopalia adminiſtret, & iſtiuſmodi ſolatijs Catholicos recreet, quæ Pontifex proprius ipſorum Epiſcopus abſens ipſis exhibere non poteſt, ſicut ſuffraganei ſolent in Eccleſijs, quarum Epiſcopus ſacerdotali Ordine non eſt initiatus, vel in adminiſtrationem Epiſcopalium Sacramentorum incumbere non poteſt.

Quartò, obſeruo illud, *quantum cum Domino poſſumus*, quo Pontifex ſignificat in tanta perſecutionis inſtantia, ſe ſolatium Epiſcopi plenum Catholicis indulgere cum Domino non potuiſſe. Reuerendiſſimus Chalcedonenſis, illud *cum Domino* interpretatur *legitimè*, vt ſenſus non ſit reſtrictiuus, ſed potiùs amplificatiuus, *quantum cum Domino poſ-* *Inſtruct.*
ſumus, hoc eſt, quantum poſſum, fines *ſect. 3. n. 40*
legitimæ poteſtatis mihi à Deo conceſſæ non excedendo. Vnde cùm certum ſit; Pontificem de potentia abſolutâ potuiſſe Angliæ Epiſcopum cum tota plenitudine poteſtatis concedere, concludit ſe à Pontifice eſſe conſtitutum Epiſcopum, *perfectum, integrum, comple-* *Ib. ſec. 1. nō*
tum, abſolutum, cum tanta plenitudine *1. & n. 3.*

pote-

poteſtatis, quantam vllus Ordinarius habet, imò cum tantâ, qantam dare Pōtifex legitimè poteſt. Sed in hac expoſitione ſine dubio nimiùm ſibi fauet. Nam ſenſus reuerâ eſt reſtrictiuus, *quātum cum Domino poſſumus*, hoc eſt, quantum prudenter, habito ad maiorem Dei gloriam & animarum ſalutem intuitu, poſſum. Itaque Pontifex non dedit quantum licitè & intra fines ſuæ legitimæ poteſtatis dare potuit, ſed ſolùm quantum iudicauit pro ſtatu perſecutionis in Domino conuenire. Nec eſt dubiū quin Prudentiſſimus & Modeſtiſſimus Pontifex poteſtatem, quam dedit, ſic ſit moderatus, vt Sereniſſimus Rex probabiliter offendi non potuerit. An non autem certiſſimè offenderetur, & meritò, ſi Pontifex Epiſcopum mitteret in eius dominia, cum plenitudine poteſtatis Epiſcopalis, Canonicæ, ratione cuius ſuppetit illi authoritas ſubditos regis in cauſis, pro quibus ille alia tribunalia conſtituit, iudicandi, imo poteſtas illos pœnis pecuniarijs mulctandi, pignoribus coërcendi, incarcerandi, officiales laicos qui reos capiant, inſtituendi. Hæc & alia innumera, quæ Reuerendiſſimus

diſſimus Chalcedonenſis contendit ſibi competere, quis credat ſapientiſſimum Pontificem in Domino conuenire pro regno Anglię iudicaſſe? Nullam enim aliam vtilitatem habere iſta poſſint, niſi vt Sereniſſimum Regem aduerſus Pontificem, aduerſus iſtiuſmodi poteſtatem, aduerſus Catholicos, qui ei ſe ſubmittunt, exacerbent.

Quintò obſeruo, cùm in proëmio Princeps ſuam mentem & intentionem ſignificare ſoleat, & ideo illud ſit maxime obſeruandum, (a) in hac præfatione nullum ſignum, nullum vel leuiſſimum veſtigium aparere, quòd Pontifex in mente habuerit, Reuerendiſſimum Chalcedonenſem Ordinarium, cum plena authoritate Epiſcopali conſtituere, ſed potiùs contrarium, ſcilicet Pontificem ſibi curam & prouidentiam Eccleſiæ Anglicanæ reſeruaſſe; Epiſcopum verò Chalcedonenſem tantùm eſſe miſſum, vt eius miniſterio Catholici quibuſdam ſolatijs & vtilitatibus fruerentur, quæ ab abſente Paſtore dari non poſſent. Iam pergamus ad ipſam Conceſſionem, quæ eſt præcipua pars Breuis Apoſtolici, in qua ſex obſeruo.

(a) Suarez de leg. l.6. c.1. n. 11. Molin. l.1. de prim. c. 5. n. 5.

P Pri-

Primum eſt illud, *plurimum in Domino confiſi*, quibus verbis Pontifex innuit, ſe propria opinione de Reuerẽdiſſimi Chalcedonenſis probitate, ex priuatâ informatione ſuſcepta, illum delegare, non autem authenticam informationem, & iuridicam, qualis de eo qui prçſentatur ad Epiſcopatum, fieri ſolet, confectam accepiſſe. Præterea Sanctiſſimus miſit Epiſcopum Chalcedonenſem ſine Catholicorum præſcitu aut notitiâ, nullo ipſis ſpatio conceſſo, vt ſiquid contra Electum vellent obijcere, poſſent. Quod tamen Eccleſia nulli Catholicæ Genti, aut plebi negare ſolet. Semper enim ſciente populo Epiſcopus ipſi ordinatur, *vt libentiùs ei pateat*, inquit Sanderus, *cuius conſecrationi aſſenſit. Quod in nouo teſtamẽto ſemper eſt obſeruatum, adeo vt hodie liceat plebi Epiſcopatum alicuius impedire, ſi ea crimina Epiſcopo conſecrando poteſt intendere, ob quæ indignus Epiſcopatu appareat. Si autem plebs videns ordinari Epiſcopum, nihil ei opponit, in eius conſecrationem meritò cenſetur conſentire*, Hæc Sanderus. Non eſt autem credibile Pontificem voluiſſe

Sanderus de viſib. Monarch. l.1.c.8.

Ca-

Catholicis Anglis hoc ius negare, ipſisque & inſcijs, & inuitis Epiſcopum conſtituere, qui per conſtitutionem Epiſcopi præ cæteris gentibus *periculis vitæ, & fortunarum exponuntur*.

2. Obſeruo illud, *ad noſtrum, & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum*, quod planè ſignificat, Reuerendiſſimum (quicquid ipſe dicat) non eſſe *perfectum, integrum, & abſolutum Epiſcopum*, ſicut cæteri, qui non ad beneplacitum, ſed in perpetuum, ſeu pro vita conſtituuntur.

3. Obſeruo illa verba, *tenore præſentium licentiam & facultatem impertimur*, quę continent ipſam formam & ſubſtantiam conceſſionis. Clariſſimè enim ſignificatur his verbis, facultates Ordinariorum non per modum officij, ſed licentiæ ipſi concedi. Vt enim notat Syluester ſunt tria genera iudicum, ſeu ſuperiorum, quibus tria genera ſubditorum reſpondent. Iudex ordinarius, qui habet ſibi ordinario iure & ex vi officij ſibi incumbentis ſubiectos Iudex delegatus, qui habet ſubditos ſibi in ea tantùm cauſa, ad quam delegatur. Iudex

Silueſt. verbo Iudex 1. n. 1.

dex voluntarius, qui habet *ſua ſponte* ipſi ſubditos. Hic autem eſt duplex, vel iudex arbiter, qui poteſtatem accipit à partibus, quæ litigant, vel priuilegiatus, qui habet facultates iudiciarias à Principe, nullos tamen ſubditos, ſed qui volunt coram eo litigare poſſunt; & hic Iudex cum habeat iuriſdictionem in foro externo, dicitur Chartularius. Hinc patet Catholicos Angliæ non ſubijci Reuerendiſſimo Chalcedonenſi vi inſtitutionis iſtius, ſed tantùm habere licẽtiam vt eius facultatibus vti, ſeu illis pro ſuo commodo ſe ſubijcere poſſint. Sicut cùm Pontifex mittit Regulares cum facultatibus abſoluendi, & diſpenſandi pro omnibus Chriſtianis, hoc ipſo dat omnibus populis licentiam, vt ijs facultatibus vti poſſint: ita cùm Reuerendiſſimo Chalcedonenſi dat meram licentiam vtendi facultatibus Ordinariorum, conſequenter dat Catholicis Angliæ meram licẽtiam vt ijs facultatibus, ſi pro ſuo ſolatio expedire iudicauerint, ſe ſubdant.

4. Obſeruo illud, *tenore prædicto delegamus*, nimirum tenore priuilegij & facultatis. Reuerendiſſimus Chalcedonenſis

Inſtruct. ſect. 4. n. 4.

donenſis

donenſis putat verbum *delegamus*, ſignificare, *tibi iniungimus*, *tibi officium & munus imponimus*, ſed vim textui infert: delegare enim tenore prędicto, eſt per modum licentiæ & tenore priuilegij delegare, ſicut Iudex Chartularius eſt *delegatus*, cui tamen munus Iudicis non iniungitur, ſed tantum per modum priuilegij ſeu licentiæ permittitur in ſolatium aliorum. Nam de Epiſcopi aut Paſtoris vel titulo vel munere, in hoc Breui Apoſtolico nulla mentio.

5. Obſeruo, *facultates Archipresbyterorum & Ordinariorum*, non poteſtatem, authoritatem, officium. Aliud eſt enim cum poteſtate & authoritate conſtitui, aliud cum facultate & licentia: nam qui cum poteſtate & authoritate conſtituitur, officio & munere Superioris ornatur; at, qui conſtituitur cum facultate, cum licentia, poteſtas illi per modum gratiæ & priuilegij conceditur. Hinc Pontifex conſultò abſtinuit nominibus poteſtatis & authoritatis, ita vt ne ſemel quidem in toto hoc Breui vſurpentur reſpectu Reuerendiſſimi Chalcedonenſis, ſed vel miniſteriũ Epiſcopale, vel ſolatium Epiſcopi vel

facultates Ordinariorum pro ſolatio & bono ſpirituali Catholicorum. Quæ verba ſignificant, poteſtatem coercitiuam & punitiuã Reuerendiſſimo Chalcedonenſi non concedi. Nam quod dicit Reuerendiſſimus gladium Principis, *iuſtitiæ adminiſtrationem*, iuſtitiam punitiuam, hoc eſt, carceres, carnifices, furcas, inſtitutas pro ſolatio ſubditorum, videtur paradoxum. Nam licèt remotè & per accidens inde ſolatiũ aliquibus poſſit oriri, tamen immediatus finis eſt terror & metus, ne peccare audeant formidine pœnæ. Quare cùm proprius & immediatus finis mittendi Epiſcopum Chalcedonenſem fuerit ſolatium Catholicorum, vt Pontifex toties repetit, conſtat euidenter non fuiſſe miſſum cum potentia puniendi & ligãdi in foro externo, niſi tantùm eos, qui pro ſuo commodo poteſtati illius ſoluendi & ligandi, & iudicandi ſe ſponte ſubmittunt.

Inſtruct. ſect. 4. n. 3.

6. Obſeruo illud, *fidelium Catholicorum*, quod toties repetitur; Hoc enim ſignificat Reuerendiſſimum Chalcedonenſem vi Conſtitutionis iſtius ordinari tantùm in bonum laicorum Catholicorum,

rum, non autem Clericorum, hoc eſt, virtute huius Breuis Clericis non præfici. Nulla enim eſt hîc mentio Sacerdotum ſeu Cleri. Hinc ſoluitur Reuerendiſſimi præcipiũ argumentum pro ſuo Ordinariatu, quod eſt eiuſmodi: Reuerendiſſimus Chalcedonenſis vi Breuis iſtius habet eamdem poteſtatem in Catholicos laicos, quam habet in Clericos ſeu Sacerdotes ſęculares; nam Breue magis expreſsè loquitur de laicis, quàm Clericis, ſed reſpectu Cleri ſęcularis habet poteſtatem officij, poteſtatem Ordinarij, poteſtatem coercitiuam, quod nemo negat; Ergo & in Catholicos laicos. Nam reſpondetur, Reuerendiſſimum habere poteſtatẽ Ordinarij quoad Clerum ſæcularem non tamen ratione huius Breuis, ſed ratione ſucceſſionis in officio Archipresbyteri. Nam Reuerẽdiſſimo conſtituto, Vicarius Archipresbyter ex ordinatione Sanctiſſimi illi officium Archipresbyteri reſignauit, atque adeo omnes facultates officio annexas. Hinc patet reſpectu Cleri Reuerẽdiſſimum eſſe Ordinarium, qui exercet poteſtatem in illos ratione officij, in quo prioribus Archipresbyteris ſucce-

dit: At reſpectu Catholicorum laicorum, habet facultates Archipresbyteri tantùm, per modum priuilegij ſeu licētię, atque adeò non per modum ordinariæ poteſtatis. Ratio autem cur Pōtifex inſtituerit poteſtatem coercitiuam reſpectu Cleri ſæcularis, non autem reſpectu laicorum aut Regularium, eſt obuia & optima: Quia Regulares habent ſuos proprios Superiores, à quibus in officio continentur, & ſi delinquunt, puniri poſſunt; Laici etiam habent tribunal laicum, cuius authoritate coercentur, & in cauſis Eccleſiaſticis fori externi coram Iudicibus regni litigare coguntur. At Clerus ſæcularis cùm ſit exemptus à Laico tribunali, atque ita viuat, vt à Iudice Laico reperiri non poſſint, neceſſe fuit ipſis præfici aliquem cum iuriſdictione coercitiua, tantâ, quantam ſummus Pontifex Archipresbyteris communicandam exiſtimauit. Ex his ſex obſeruationibus nimiùm quā clarè patet Reuerendiſſimum Chalcedonenſem vi Breuis illius habere poteſtatem tantùm per modùm priuilegij aut licentiæ, atque adeò non tenore officij aut Ordinarij Iudicis.

In

In Concluſione notandum eſt, cauſarum cognitionem in ſecunda inſtantia ad Nuntium Apoſtolicum Galliæ reſeruari. Vnde concludit Reuerendiſſimus ſe vi Breuis iſtius conſtitui Iudicē in foro externo quoad primā inſtantiā, reſpectu Laicorum fidelium Angliæ. Quod quidem eſt verum. Iudex quippe eſt Chartularius ſeu Priuilegiatus in foro externo, & Catholici ſunt Licentiati & Priuilegiati, vt coram eo litigare poſſint, ſi velint ei ſe ſponte ſubmittere. Quod ſi is, qui ſe ſubmiſit, ſentiret ſe per Reuerendiſſimi ſententiam definitiuam grauari, Pontifex illi prouidet remedium 2. inſtantię ſeu appellationis ad Illuſtriſſimum Nuntium Gallię, quo beneficio Catholicos vſuros ſine offenſione Sereniſſimi Regis, Pontifex tum, cùm Breue dedit, omnino ſperabat. Nam Pontifex inſtituit Reuerēdiſſimū Chalcedonenſem cum facultatibus Ordinariorum per modum licentiæ ipſi conceſſis, quo tempore concluſum eſt matrimonium cum filia Francię, quæ modo eſt Sereniſſima Angliæ Regina, quando ceſſatura perſecutio dicebatur, & quod Catholici eſſent magnam Cō-
ſcien-

ſcientiæ libertatem habituri. Tunc igitur ſperabat Pontifex Regem permiſſurum vt Catholici coram Reuerendiſſimo ſi vellent, litigarent, & in caſu grauaminis ad Nuncium Apoſtolicum Galliæ (vnde erat Regina) appellarent. Vt igitur hoc fieri poſſet, ſi Catholici ſibi id commodum putarent, indulſit, ſeu licentiam impertiuit.

Ex his infero clariſſimum argumentum, quod ſua Sanctitas non inſtituerit Reuerendiſſimum cum munere Iudicis Ordinarij, & plenitudine poteſtatis Epiſcopalis in foro externo, quam exerceret coercitiuè in Catholicos etiam repugnantes, inuito etiam Sereniſſimo Rege; hoc enim fuiſſet contra omnem prudentiam Regem irritare, & Catholicos perſecutione oppreſſos, qui maximè ſolatio egebant, ſupra omnes Catholicos qui viuunt ſub Catholico Principe grauare. Nimirùm inſtituiſſet Poteſtatem, à qua poſſent facilè grauari, nec vllum remedium facilè vel moraliter poſſibile ipſis conceſſit quo poſſent releuari. Nam ſi Catholici à Reuerendiſſimo iudicia & poteſtatem coercitiuā exercente grauentur, ad quem recurrent?

rent? Romamne ad Summum Pontificem, quod eſt in Anglia capitale, & qui id faceret, certiſſimè fortunas euerteret? Deinde ex Britannia Romã iter eſt longum, infinitarum expenſarum, ad quas Catholici etiam Nobiles perſecutione exhauſti non ſufficiunt, præſertim ſi teſtes eo debeant adduci. Pariſios igitur ibit infælix Catholicus ad Nuntium Apoſtolicum. Ad hoc perinde eſt illi capitale, minùs eſſe poteſt occultum, reſque eſt ſumptus non ferendi. Deniq́ue quàm iniquum cogere Catholicos Pariſijs ignotos, ab amicis deſtitutos cum Reuerendiſſimo litigare ibidem noto & gratioſo? Dicetur, Pontificem confiſum de Reuerẽdiſſimi probitate, & prudentia, quod Catholicos non grauaret, nullum ipſis remedium facile aduerſus illius iniurias, ſi quę fortaſſis obtingerent prouidiſſe. Ego verò ſentio Pontificem non magis confidere potuiſſe in prudentia & probitate Reuerendiſſimi quam aliorum Epiſcoporum, aduerſus quos tamen, Catholicis ſi grauentur remedia facilia & obuia prouidit. Deinde eſto R.mus non grauet, quid ſperari poteſt à tot Vicarijs Generali-

neralibus quos R.mus in Anglia habet, ſeptem ſcilicet vel octo? An non erit facile & prope quotidianum Catholicos ab eis grauari, ſi iuriſdictio plena coercitiua ipſis committatur? Certè Dominicus Bannes dicit in Hiſpania neceſſarium fuiſſe ad tribunal laicum recurrere propter frequentes inſolentias Vicariorum Epiſcopalium. Dicetur, ſi laici Catholici à vicarijs grauentur, ad Reuerendiſſimum Chalcedonenſem appellent? At hoc legitimè fieri non poteſt, talis quippe appellatio ipſo iure eſt nulla. A Vicario enim ad Epiſcopum appellari non poteſt, cùm vtriuſque idem ſit tribunal, appellatio autem fieri debet ad ſuperius tribunal. Faciant igitur quod in Hiſpania, quod in Gallia fit, cùm non datur recurſus ad ſedem Apoſtolicam, Epiſcopum, Vicarios, Clericoſq; à quibus grauantur ad laicum tribunal litigent, & ibi ſe contra eorum grauamina defendant, At hoc eſſet vitam vel libertatem Reuerendiſſimi & aliorum Sacerdotum prodere, cùm Sacerdotem in Anglia miſſum à Pontifice venire ſit ipſi capitale. Itaq; Catholicis pro ſua pietate in Chriſti Sacerdotes, hoc remedium

2.2.q.67. a.1.dub.2. concluſ. 2.

Cap. Romana. de Appel. in 6.

Suarez. cõtra ſect. Anglica. l. 4. c. 34. n. 5. q. 30.

medium ipſo malo grauius erit. Reſtat igitur, vt aut pro arbitrio Clericorum ſe grauari ſinant, aut iudicia illorum pro ſuo arbitratu contemnant, quod eſt dicere, contra prudentiam & omnem æquitatem eſſe, his temporum circumſtantijs talem poteſtatem in Anglia inſtituti. Vnde magnam faciunt Prudentiſſimo & verè Sanctiſſimo D. N. iniuriam, qui contendunt eum poteſtatem illam inſtituiſſe contra verba Breuis Apoſtolici clara & manifeſta. Nihil enim quicquam poteſt eſſe magis perſpicuum quàm Breui illo Apoſtolico facultates Ordinariorum Reuerendiſſimo concedi, non per modum officij tamquam Epiſcopo & Paſtori, ſed tenore priuilegij, licentię, facultatis pro Catholicorum ſolatio, ſi commodè, ſi ſine tumultu, ſi ſine offenſione Regis poſſent, & vellent illis facultatibus etiam in foro externo vti.

SECVN-

TITVLVS SECVNDVS

Pratenſi Paſtoratus; Aliud breue Apoſtolicum.

ALIVD eſt breue Apoſtolicum, cui Reuerendiſſimus Chalcedonenſis, magis etiam quam huic, quod recitauimus, confidere videtur; illud tamen integrum non exhibet, ſed tantùm has illius particulas.

VRBANVS PP. VIII.

Venerabilis Frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Si Anglorum fidelium calamitates eſſent Pontificio ſanguine medicabiles, non minùs libenter illum quam lachrymas profunderemus. Neque enim inter populorum & principem obſequia obliuiſcimur, nos illius Paſtoris vices gerere, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis. Nunc autem angimur ſupra quàm dici poteſt, cùm veſtras miſerias commiſerari faciliùs poſſumus quam leuare. At interlucet tamen aliquid quod Pontificias curas conſolatur. Cùm enim fraternitatis tuæ & Catholicorum Britannorum fidem atque

que conſtantiam contemplatur Eccleſia, in tam vberi iniuriarum meſſe, ſemina cæleſtium palmarum introſpicit. Ita eſt Venerabilis Frater, catenæ Martyrũ fiunt monilia Religionis, quæ robur auget, dum illi perimuntur. Et poſt pauca. *Tu autem Venerabilis Frater accende animos fidelium, & leuiorem eſſe iacturam intelligant vitæ quam fidei. Præcipuè verò cura, vt Sacerdotes qui cogitationum arbitri ſacras confeſſiones audiunt, hæc Apoſtolicæ veritatis edicta ignorari à filijs noſtris iſtic non patiantur.* Et tandem concludit. *Ne meliorẽ iſtic gregem quam Paſtorem habere dicatur Eccleſia, curandũ eſt à Fraternitate tua, cui * has anxijs cogitationibus parare conabimur adiutorium altiſſimi, & Apoſtolicam benedictionẽ peramplum impartimur. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Maij, 1626. Pontif. noſtri anno tertio.*

* Fortaſſe legẽdum *hic*, ſed quia *has* habetur in exemplari impreſſo, nolui mutare.

Signatum

Ioannes Ciampolus,

A tergo,

Venerabili Fratri Epiſcopo Chalcedonenſi.

Reuerendiſſimus Chalcedonenſis contẽdit hoc breui Apoſtolico ſe à ſummo Paſtore vocari *Paſtorem gregis Eccleſiæ Anglicanæ*, & ideò tamquam *perfectum, integrum, & abſolutum Epiſcopum* ſine tergiuerſatione recipi oportere, & in Catholicos qui hoc non faciunt, quaſi vocem ſupremi ſui Paſtoris audire recuſent, mirificè indignatur. Pace tamen Reuerendiſſimi Domini mihi prudentiâ ipſius dignum videtur, vt ratione iſtius Breuis maiorem ſibi poteſtatem non vendicet, quam prima ipſius inſtitutio contineat, quę Ordinariorum facultates tantùm tenore licentię ipſi concedit. Inprimis Reuerẽdiſſimus hoc Breue Apoſtolicũ Catholicis numquam hactenus oſtendit, imò videtur non libenter integrum exhibere, quod ſuſpicionem non leuem præbet, in eo aliquid contineri quod cauſam illius lęderet, vel euerteret, ſi Breue Apoſtolicum integrum legeretur.

Iam non poteſt Reuerendiſſimus ignorare Catholicos non teneri, imò nec poſſe aliquem in Epiſcopum admittere niſi litteras Apoſtolicas oſtendat, quibus

quibus hoc illi officium demandetur. Nam dicenti ſe Epiſcopum eſſe ſine litterarum Apoſtolicarum oſtenſione,nec obedire debent,nec intendere,vt in iure (a) dicitur. Deinde durum videtur cogere Catholicos vt tam ſeueram ac amplam ac nouam poteſtatem vnius Ordinarij in duo regna cum periculo fortunarũ & perpetuę incarcerationis admittant vi Breuis,quod ita mancum & mutilum exhibetur, vt quis fuerit ſcopus litterarum nemo inde poſſit agnoſcere. Nam,*cum intelligentia dictorum ex cauſis ſit aſſumenda dicendi, quia non ſermoni res,ſed rei eſt ſermo ſubiectus*,cap. *Intelligentia*, de verborum ſignificat. quomodo poterunt Catholici ſenſum intelligere litterarum cùm cauſam ſcriptionis,& quis ſit illarum ſcopus ignorât? Regula iuris ita ſe habet: *Inciuile eſt niſi tota lege perſpectâ, vna aliqua eius particula propoſitâ iudicare*. l. 4. *ff.* de legib. Si ſit inciuile & inurbanum ex pauculis particulis legis, lege non integrè lectâ, de ſenſu legis iudicare, quid erit, vnâ aut alterâ Breuis Apoſtolici particulâ propoſitâ,Catholicos cum periculo grauiſſimo Fortunarum ſuarum

(a) *Ca. l. 1. Extrauag. Commun, cap. de Elect. ca. 1.*

ad omnimodam ſubuerſionem adigere velle? Certè videtur patientiâ eorum & bonitate abuti velle.

Tertiò, etiamſi Rmus. diceretur in his literis *Paſtor Gregis Eccleſiæ Anglicanæ*, hoc tantum obiter & incidenter dicitur. Neque enim fuit litterarum ſcopus Epiſcopum inſtituere aut declarare, quòd perfectè & abſolutè Epiſcopus fuerit initio conſtitutus. Quæ autem obiter vno loco dicuntur, intelligenda ſunt iuxta ſenſum qui alibi ex propoſito & inſtituto traditur. Vnde ſi Reuerendiſſimus dicatur *Paſtor Eccleſiæ Anglicanæ*, dicitur eo ſenſu, quo delegantur illi facultates Ordinariorum in Breui Apoſtolico, quo inſtituitur, nimirum Iudex, Superior, Paſtor per modum priuilegij & licentiæ, vt dictum eſt. Deinde cùm ſit propriè Paſtor & Superior Cleri ſæcularis, Clerus autem ſæcularis emineat ſupra laicos Catholicos quibus ſunt loco Paſtorum, hinc Reuerendiſſimus indirectè & mediatè habet quandam ſuperioritatem & paſtoratum ſupra laicos Catholicos, quo ſenſu Archipresbyter olim dicebatur Paſtor Eccleſiæ Anglicanæ, quamuis immediatè & directè nullam

nullam haberet in Laicos poteſtatem.

Deniq; addo, Rmum in hoc Breui Apoſtolico non dici *Paſtorem Gregis Eccleſiæ Anglicanæ*, cùm dicitur, ***curandum ne dicatur in Anglia eſſe grex melior Paſtore***, nomine Paſtore Clerus ſæcularis R**mo.** ſubiectus intelligitur, non ipſe R**mus**. Voluit quidem R**mus**. hunc genuinum litterarum ſenſum abſcondere particulis quibuſdam præciſis,vt non in alium quàm ipſum Paſtoris nomen conferri videretur; verumtamen ex particulis quas citat, radius intermicat, quo diſcernatur, neque cum veritate, neque cum ipſius R**mi**. exiſtimatione conſiſtere, vt ipſe in hoc dicto Paſtoris nomine intelligatur. Verus enim ſenſus eſt iſte: Curandum eſt à fraternitate tua ne ***Eccleſia***(Catholica ſcilicet,vel Romana caput cæterarum)***dicatur in Anglia habere meliorem gregem quam Paſtorem***: id eſt,meliorem populum quam Sacerdotem,meliorem plebem quàm clerum.Notandum enim eſt ſæpiſſimè numerum ſingularem poni pro plurali, ſeù pro genere & multitudine illius rei quę voce illa aut nomine ſignificatur.*Sic homo neſcit finem ſuum*, id eſt *homines*.*Regem honorificate*, id eſt *Reges*. *Religioſo ſilentium conuenit*,

id eſt *Religioſis*. *Bonus Paſtor animam ſuã dat*, id eſt, *Boni Paſtores*. *Sicut populus ſic & Sacerdos*, id eſt, *Sacerdotes*. Ita hoc loco *ne dicatur Grex melior Paſtore*, id eſt *Paſtoribus*, ſeu illis qui ſunt ex Clero, & ſupplent locum Paſtorum. Hunc eſſe genuinum ſenſum, alium verò Reuerendiſſimo ignominiam, & maculam inferre probo. Pontifex his verbis, *ne dicatur in Anglia eſſe grex melior Paſtore*, ſignificat aliquid valde indecens quod ne accideret multum metuebat, vel potiùs quia iam ex parte acciderat emendari cupiebat, nimirùm ne Paſtor eſſet deterior grege, hoc eſt gregario Catholico, & Catholicorum vulgo. Sed neque eſt verum, neque cum Reuerendiſſimi honore dici poteſt ſummum Pontificem ipſum ſugillaſſe, quaſi eſſet deterior grege, ſeu vulgo Catholicorum, vel ita timuiſſe ne fieret deterior grege, vt eum literis admonendum putauerit. E contra meritò timere poterat, ne ex tot Sacerdotibus Angliȩ, inter tot illecebras occaſioneſque peccandi, non nemo gregarijs Catholicis minus Religioſus exiſteret. Imò dolet his literis quòd hoc aliqua ex parte accidiſſet. Hinc aliam coniecturam ſumo ex verâ cauſâ cur illa epiſtola

ſcripta

ſcripta ſit. Vt enim à fide dignis audiui quidam tunc Sacerdotes ſæcularis Cleri Catholicis non ita bono exemplo erant; nominatim Iuramentum fidelitatis à Paulo V. piç memoriæ prohibitum nuncupantibus fauebant, illoſque tamquam integrè Catholicos ad Sacramenta admittebant. Hos Sacerdotes & animarum Paſtores R.mus Chalcedonēſis cùm non corriperet, ſed illis aliquantulum conniuere videretur, hac eum epiſtolâ excitandum ſua Sanctitas putauit. Monet igitur, vt ſuper Clerum ſæcularem diligentiùs inuigilet, prçſertim circa obſeruationem Breuis Apoſtolici Pauli V. ne alioquin diceretur Eccleſię Anglicanę Grex ſanctior Paſtore; hoc eſt Populus melior Sacerdote, Plebs religioſior Clero.

Non dubito, ſi Breue Apoſtolicum R.mus Dominus integrum exhibuiſſet & excudi feciſſet, quin hunc eſſe verborum iſtorum ſenſum multò adhuc clariùs appareret. Quare cùm R.mus huius Breuis Apoſtolici neque originale exhibuerit, neque authenticum exemplar, neque copiam quidem niſi mancam & mutilam, in qua tamen prout exhibetur Paſtor Eccleſiæ Anglicanæ apertè non dicitur, valde mi-

ror ſeueritatem ipſius, qui in Catholicos quia huic Breui non ſtatim deferunt, tamquam in contumaces excandeſcit.

TITVLVS TERTIVS.

Pratenſus: (Silentium ſummi Pontificis.

TErtium Argumentum ſeu Titulum ſuæ Ordinariæ & plenæ Epiſcopalis poteſtatis R^mus^.ſumit ex ſilentio, & tacito conſenſu Summi Pontificis, quod verbis ipſius proponam.

Instructiõ ſect. 9. n. 1. & 2.

Nauar. c. Placuit. de pænit. d. 6. Couar. var. Reſol. l. 3. c. 2. Tol lib. 3. inſtruct c. 13. n. Azor. to. 1. l. 1. c. 4. Hẽriquez. l. 6. c. 82.

Quatuor, inquit, *penè abhinc annis ſcripto & ſermone conqueſti ſunt ſuæ ſanctitati aliqui Regulares quod Epiſcopus talem* (id eſt plenam Epiſcopalem) *in Anglia authoritatem vendicaret: tamen toto hoc tempore ſummus Pontifex Epiſcopum numquam reprehendit, quod eam ſibi authoritatem arrogauerit, ſicut Clemens VIII. cito reprehendit Blackwellum, quod ſibi vendicaret maiorem quam reuera haberet authoritatem, quod eſt tacitè approbare prædictam authoritatem. Adeo vt quamuis Epiſcopus prius non habuiſſet plenam illam Epiſcopalẽ poteſtatem ex Breui ſuo, nunc eam vendicare poſſet ex tacito ſuæ Sanctitatis conſenſu, ratione ſilentij.*

Nam

Nam Ius omne, & Iuriſperiti docent, & ratio ipſa confirmat, tacitum conſenſum Principis Iuriſdictionem dare, quando loqui poteſt & non loquitur.

Hęc ſunt ipſiſſima verba Rmi. quę ex Anglico in Latinum verſa poſui, vt ſua Sãctitas ea legere poſſet, vel is cui huius cauſę cognitionem ſua Sanctitas commiſit.

Hinc enim perſpicere licebit, in quem ſenſum ſuæ ſanctitatis ſilentium interpretentur, & quo fructu & effectu hactenus ex paternâ pietate indulgentiaque ſiluerit, quamque miſero erunt Catholici Angliæ loco, ſi vlteriùs conniueat. Nam ſi vendicare poteſtatem ſciente & ſilente Pontifice, ſit eam legittimè acquirere, quamuis Catholici renituntur (vt hic definitur) quibus vſurpationibus & oppreſſionibus Laici Catholici patebant, ſi ſua Sanctitas ſileat, ſi non continuò puniat, ſeu reprehendat arrogantem, ſicut Blackuellum reprehendit Clemens VIII. hoc eſt, ſi non editâ publicâ conſtitutione eum damnet. Non enim negat Rmus. ſummum Pontificem ipſum aliquoties monuiſſe ne ius approbandi Regulares à ſede Apoſtolicâ miſſos arrrogaret, ne nomen & officium Ordinarij ſibi aſſumeret, ſed tantum dicit,

Non reprehendiſſe ſicut reprehēdit Blackuellum Clemens VIII. hunc enim publico diplomate Clemens reprehendit. Quę ſanè doctrina quam amplè patētem feneſtram vſurpationibus Clericorum, Laicorum oppreſſionibus & vtrimque diſſidijs & contentionibus aperiat, ſua Sanctitas pro ſua pietate & prudentiâ cogitabit, & de remedio prouidebit.

Interim dico R.mum Dominum non leuiter ſed periculosè decipi, dum non diſtinguit inter vendicationem poteſtatis, & inter vſum poteſtatis quietum & pacificū. Vſu poteſtatis pacifico & quieto, nullo reſiſtente, ſi princeps videat ac taceat cum ſine vllâ difficultate loqui poſſet Iuriſdictio acquîritur. Illa enim taciturnitas tacita conceſſio cenſetur. Enimuero ſi quis vendicat ſibi in aliquos poteſtatem, & illi quos ſibi vendicare cupit in ſubditos, reſiſtant, eamque vendicationem velut vſurpatiuam reijciant, ſi Princeps videat & taceat nihil ex eius ſilentio vendicans iuris acquirit. Nam ſuo ſilentio Princeps non magis probat arrogantiam vendicantis, quàm pertinaciam reſiſtentis.

Deinde ſilentium Pontificis, pro Laicis Catholicis facere ſic probo. Iudex qui controuer-

trouerſiâ ortâ non vult cōtra poſſeſſorem ſententiam ferre, hoc ipſo vult ipſam poſſeſſionem retinere, & cauſam obtinere, cum ſine ſententia Iudicis poſſeſſione pelli non poſſit, ſed Catholici ſunt in poſſeſſione immediatæ ſubiectionis ad Apoſtolicam Sedem & libertatis ab omni alia Iuriſdictione Ordinariâ; à Iuriſdictione vero Ordinarij ſiue Paſtoris, qui vnus plenitudinem poteſtatis Epiſcopalis exerceat in Catholicos vniuerſos Britanniarum, qualem ſe eſſe R.mus prætendit, ab omni hominum memoria fuerunt immunes. Pontifex autem contra ipſos pro prętendente R.mo Chalcedonenſi ſententiam ferre toties requiſitus noluit, quod fuit dicere ſe velle Catholicos in ſua immunitate remanere, & R.mum à ſuâ pretenſione deſiſtere. Nec refert quòd R.mus obijcit litē inter ipſum & Catholicos non pēdere quia numquam fuit cōteſtata, hoc enim potiùs pro Catholicis facit. Nam ſi R.mus Laicis Catholicis prætēsū illius Ordinariatū ſeu Paſtoratū vniuerſalem Britanniarū reijcientibus, & pro ſuâ immunitate ſtantibus, nec poſſeſſionem cedentibus, litem ne quidem intētauit; quomodo ſine manifeſtâ Catholicorum iniuriâ poteſt ipſos de poſſeſſione deijcere?

deijcere? Quod ſi contra eos qui ſunt in poſſeſſione ſuę immunitatis vſurpare iuriſdictionem prętenſam ante ſententiam Iudicis, ſit vt certè eſt, manifeſtè iniuſtum, quomodo potuit Rmus. ex illa vendicatione ſibi ius acquirere, *cum nemo debeat de ſua malitia commodum reportare*. Cap. *Intelleximus*, de Iudicijs. Cap. *Contingit*, de dolo & contumaciâ.

Denique, quamuis ſua Sanctitas Rmum. de arrogatâ ſibi authoritate publico Diplomate non reprehendit, tamen monuit & in aurem inſinuauit ne pro Ordinario Angliæ & Scotiæ ſe gereret; tale munus non fuiſſe illi demandatum, ſed tantùm, vt tot Epiſcoporum defectum, ſuo Miniſterio ſuppleret. Hinc Reuerendiſſimus Ordinarium ſe iam amplius non vocat, ſicut antea ſolebat; quod certè innuit ipſum de ſibi aſſumpto Ordinarij officio reprehenſum ab Ordinarij titulo iam abſtinere. Quod verò loco Ordinarij, titulum Paſtoris Catholicorum Anlgiæ & Scotiæ iam ſibi ſumit, videat an hoc non ſit contra Sanctiſſimi mentem ire, & quod Prouerbio dicitur, *vnâ fallaciâ aliam trudere*. Quid eſt enim ex Paſtorali officio iuriſdictionem in Catholicos Britanniarum

exer-

exercere, niſi eorum Ordinarium eſſe? Ordinarius enim eſt qui iuriſdictionem in alios ratione officij exercet (a) Deinde cuius generis Paſtorem ſe eſſe intelligit? Si primarium ac inſtar Epiſcopi, iam omnes Angliæ, Scotiæque Epiſcopatus ad vnum rediguntur, ſeu ſubſunt vnius Epiſcopi curæ. Si ſecundarium & inſtar Presbyteri Parochialis, iam vtrumque Regnum Angliæ, Scotiæque facta eſt vna Parœcia, atque adeo factus eſt *nouiſſimus error peior priore.* Omnes enim vtriuſque Regni Epiſcopatus, ſi non licet in vnum Epiſcopatum redigere, qui licebit eos in vnam Parœciam comprimere.

(a) *Molin. de iuſtit. & iure tract. 5. diſp. 8. n. 2.*

QVARTVS TITVLVS.

Prætenſæ Authoritatis: Sententia definitiua Summi Pontificis.

Reſtat poſtremus Titulus quo ſibi plenam Epiſcopalem iuriſdictionem deberi Rmus. exiſtimat. (b) *Quia* inquit, *bis ſua Sanctitas pro Epiſcopo ſententiam tulit, in quæſtione de plenâ eius authoritate Epiſcopali, Nam bis (ſemel Anno 1627. iterumque Anno 1629.) declarauit volunta-*

(b) *Inſtruct. ſeſſ. 9. n. 2.*

luntatem ſuam eſſe, vt Regulares non adminiſtrent tria Paſtoralia, ſeu Parochialia Sacramenta ſæcularibus in Angliâ ſine Epiſcopi licentiâ. Quod eſt reipsa declarare Epiſcopum eſſe Paſtorem ſæcularium in Angliâ Catholicorum, ſicut in Catholicis regionibus prohibentur Regulares ne adminiſtrent tria prædicta Sacramenta ſine licentiâ & approbatione Paſtoris vbi viuunt, ſub pœna incurrendi excommunicationem ipſo facto. Hęc R mus. ſibi plenitudinem poteſtatis parans magno conatu, non pari ſucceſſu.

Inprimis, hoc quod eſt Regulares non poſſe ſine eius licentiâ tria Paſtoralia Sacramenta adminiſtrare (ſi verè eſſet ei conceſſum) non neceſſariò indicat plenam poteſtatem Epiſcopalem. Nam Parochi ius habent ne ſine ipſorum licentiâ Regulares illa Sacramenta Paſtoralia in Catholicis regionibus adminiſtrent, non tamen habent plenam authoritatem Epiſcopalem, imò nullam habẽt poteſtatem in foro externo (a) vi iuris communis, nec comprehenduntur nomine (b) Prælatorum. Vnde ex hoc decreto ad ſummum poteſt inferri R mum habere officiũ Parochi ſine vllâ iuriſdictione externâ, nedum cum plenâ

(a) *S. Thomas 3. p. q. 22. art. 1. Sayrus Theſauri lib. 1. cap. 6. n. 21.*
(b) *Suar. de Religione tom. 3. li. 1. cap.*

plenâ authoritate Epiſcopali. *11. n. 23. S. Thomas 2. 2. q. 84 a. 8. ad 5.*

Secundò, Decretum (ſi illud verum ſit) ſolum comprehendit illos Regulares qui facultatem adminiſtrandi Paſtoralia à ſuâ Sanctitate non habent. Nam (vt R.mus ipſemet fatetur) hoc decretum illud ipſum eſt quod habetur in iure Canonico *Clement.* Religioſi *de priuileg.* ratione cuius Religioſi manent excommunicati qui tria illa Parochialia, ſine ſpeciali licentiâ Parœcialis Presbyteri adminiſtrant. At illa *Clementina* Religioſos qui facultatem ſeu priuilegium Paſtoralia adminiſtrandi à ſummo Pontifice obtinent non comprehendit, vt patet ex verbis Canonis. Igitur Regulares qui facultatem habent Paſtoralia adminiſtrandi ex indultò Pontificis, hoc decreto non comprehenduntur. Non enim iſto decreto Priuilegia illa à ſede Apoſtolicâ reuocantur.

Tertiò, etiamſi facultas & priuilegia Regularium quoad adminiſtrāda tria Paſtoralia, reuocata probarentur, adhuc ſupereſt Priuilegium quo gaudent Catholici Laici, vi cuius Regulares Paſtoralia adminiſtrabunt: Nam Catholicis ab origine Perſecutionis ſemper ius fuit, ex Sacerdotib⁹ vel Secularibus vel Regularibus quem

quem vellent, cum periculo fortunarum & vitę domo accipere, à quo tamquam Parocho Sacramenta omnia Catholicis ex illâ familiâ adminiſtrarentur. Hoc Priuilegium Laicis tam neceſſarium tam debitum, tam longi temporis lapſu præſcriptum bonorum confiſcationibus, incarcerationibus ſanguine emptum, atque inter ſummos Pontifices Sacerdotem mittentes,& Catholicos miſſum excipientes quadam tacitâ conuentione firmatum, numquam Prudentiſſimus Pontifex reuocabit. Nam Nobilium Catholicorum pietati quâ Sacerdotes cum vitæ fortunarumque periculo domo excipiunt tota Eccleſię Anglicanę moles, velut lapidi fundamentali incumbit. Quid cauſæ fiet quod in alijs gentibus hæreſi infectis Scotia, Dania, Suecia; Fides Catholica fructus non ferat quales in Anglia videmus? Niſi quod deſint Nobiles qui miſſos à Sanctâ ſede Sacerdotes domo cum tanto periculo excipere & tueri velint. Vnde horum Nobilium Angliæ pietatem, non priuilegiorum ademptione reſtringere, ſed potiùs nouorum conceſſione confirmare & intendere oporteret.

Denique ſuper hæc omnia decretum illud,

illud, quale ſit, authenticum non eſt, nec exemplar authenticum illius vel Patres Benedictini, vel Societatis Ieſu vmquam viderunt. Reuerendi Patres Pater Thomas Fitzherbertus Soc. IESV Collegij Anglorum Romæ Rector nec non P. Wilfridus Romæ Procurator Ordinis Sancti Benedicti ante paucos menſes auditâ famâ huius Decreti, Eminentiſſimos Cardinales Congregationis Sancti Officij conſuluerunt. Hi re diligenter inueſtigatâ, inſpectis Regiſtris etiam ſanctæ Congregationis de Propaganda Fide, eiuſdemque Congregationis Secretario D. Ingoli examinato, reſponderunt nullum tale decretum Romæ emanaſſe; nec ſuæ Sanctitatis mandato Rmo. Chalcedonenſi inſinuatum fuiſſe. Ex quo patet infortunio aliquo exēplar non exactum ad Rmum Chalcedonenſem in Angliam fuiſſe tranſmiſſum. Atque adeo vi huius decreti nihil agi poſſe, ſed aliud decretum, vel iſtius cōfirmationem Româ expectandum eſſe. Nam litteris falſis vel de falſitate ſuſpectis, emanantibus è Curia Pontificia vel Cæſarea non eſt facilè obediendum, niſi altera iuſſione intimata, vt docet Barth. L. *Prohibet* de iure fiſci cap. 10. Angelus Conſil.

219. Eraſm. à Chokier l. 3. de iuriſdictione Ordinar. lib. 2. q. 13.

Hæc oſtendunt vndique labare Titulos quibus R.mus Chalcedonenſis ſibi munus Ordinarij, vel quod perinde eſt Paſtoris cum plenitudine poteſtatis Epiſcopalis in Britanniæ Catholicos vendicat: quę proponere volui, ſi fortè R.mo antea non occurriſſent, ſpe ductus eum veritate compertâ prætenſioni ſuæ quæ totius diſcordiæ in Eccleſia Anglicana fons & origo eſt, renunciaturum, pacemque cum Catholicis Laicis & Regularibus initurum. Hoc faciet ſi paterna voluntariaq; Iuriſdictione contentus eſſe velit, cùm maiorem tempora non patiantur. Quo facto honori ſuo conſulet, ſe pacis ſtudioſum oſtendet animos Catholicorum non nihil offenſos, ſibi cōciliabit, Regularium in ſe amorem moderatione prouocabit, & humilitate, quæ tantò erit amabilior, quantò is qui eam præ ſe fert, reperitur excellentior.

FINIS.

Google

ECCLESIÆ ANGLICANÆ QVERIMONIA APOLOGETICA

DE

Cenſurâ aliquot Epiſcoporum Galliæ, in duos Libros Anglicanos &c.

AVTHORE

HERMANNO LOEMELIO

ANTVERPIENSI

Sacræ Theologiæ Licentiato, & Canonico Lect. Eccleſiæ Cathedralis, Audomarenſis.

AVDOMARI

Ex Typographiâ viduæ CAROLI BOSCARDI, ſub nomine IESV. 1631.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO D. CAROLO COLOMA

Ordinis Militaris S. Iacobi Equiti, Commendatario Montyelis, & Oſſæ;

SACRÆ REGIÆ CATHOLICÆ MAIESTATI à Conſilijs Status & Belli,

Belgicorum Exercituum Præfecto Generali &c.

EXCELLENTISSIME DOMINE,

Hunc libellum, hoc eſt, *Eccleſiam Anglicanam* de facta ſibi nuper in Gallijs iniuriâ *conquerentem* in tui nominis

patrocinium clientelamq́ue committo: ſic enim vbique afflicta eſt, vt ſine Patrono, neque domi tutò reſpirare, neque foris liberè ſuſpirare poſſit. In cuius autem Patrocinium potiùs quàm in Tuum confugeret, qui, quàm iuſta doloris ipſi ſuppetat occaſio, optimè omnium noſti; qui tuâ eam authoritate protegere, & recreare copioſiſſimè potes; cuius in ſe humanitatem, benignitatemq́ue non ſemel experta eſt.

Quæ tibi cum plurimis communia non commemoro, ſcilicet innumerabilia, ac propemodum infinita Catholici Regis, & Hiſpanæ Gentis in hanc Eccleſiam beneficia. Veſtræ enim pietati, fideiq́ue zelo (poſt Chriſtum quidem, Chriſtiq́ue ſupremum in terris Vicarium) ſalutem ſuam vnicè debet. Veſtra liberalitate varijs in locis conſtituta Cleri Seminaria, ex quibus

bus tot Sancti Sacerdotes, tot Chriſti Martyres prodierunt.

Neque etiam in medium affero propria, quæ priore, quæ poſteriore Legatione, vel priuatim vel publicè, in Catholicam Gentem Angliæ beneficia contuliſti: quæ tot ac tam ſunt inſignia, vt ad Excellentiæ Tuæ laudes celebrandas mẽtes ipſorum, & linguas æternæ gratitudinis vinculo obſtrinxeris. Sed nuperum beneficium in illam Eccleſiam ſilere non poſſum, quòd Nobilium Angliæ Catholicorum, circa prætenſam Epiſcopi Chalcedonenſis authoritatem, *Declarationem* tuo teſtimonio comprobatam, Typis euulgari voluiſti. Nihil enim ad illius domeſticâ diſcordiâ Catholicorum Procerũ aduerſus prædictum Epiſcopum propè funditùs concuſſæ, ſalutem conſeruandam fieri potuit opportunius, quàm vt quis ſit hac in re Nobilium Angliæ

ſenſus,

ſenſus, & quo fundamento nixus Chriſtianus orbis intelligeret. Hac enim *Declaratione* admonita ſua Sanctitas (vt ſpes eſt) ſententiam pronunciabit, quam Catholici quãcumque in partem feratur, excipient æquioribus animis, cùm ſuam Declarationem Sanctiſſimo priùs innotuiſſe certò ſcient.

Sic *Pacifici* titulo, quem tecum ex Britannia Clarum & Nobilem extuliſti, nouum Decus accedet, tuæque Gloriæ monumento ſuprema manus imponetur. Hanc enim ſententiam, vnâque pacem in dies boni omnes expectant. Quæ ſi cõtingat, quàm lætis Oleæ ramis te Columen ſalutis ſuæ, & geminæ pacis Columnam Britannia coronabit; ſeu potiùs ſincerâ perpetuâque prece dignum tuis meritis prœmium exorabit ab eo qui ſolus tantæ virtuti digna merces. *Nihil enim* (inquit Baſilius) *Chriſtiani hominis*

adeo

adeo proprium eſt, ac conciliandæ paci ſtudere : Nimirum, *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.*

Apud Damaſcen. in pararlel. l. 1. ca. 28.

Hanc tibi Gloriam ex animo voueo, Excellentiſſime Domine, teque, vt hunc Libellum ab obtrectatoribus, quos perſpicio minimè defuturos, Tuâ authoritate defendas humiliter peto.

D. T. Excell.mo

Seruus humillimus

Hermannus Loemelius.

APPROBATIO.

CVM Querimoniæ huius Apologeticæ, Authore Eruditiſſimo Viro, Domino Hermanno Loemelio Eccleſiæ Cathedralis Audomarenſis Canonico, & S. Theol. Licentiato, non alius ſit ſcopus, quàm vt Anglicanæ Eccleſiæ pij gemitus orbi Chriſtiano innoteſcant, quibus illos doctiſſimos Viros, quorum ſudore, doctrinâ, & ſanguinis effuſione hactenus in diriſſima perſecutione ſuffulta, Chriſto, eiuſquein terris Vicario immobiliter adhæſit, cùm ab Hæreticis, tum quibuſdam (proh dolor!) Catholicis indiſcreto zelo agitatis, ſæuiſſimè oppugnari deplorat, & conqueritur, ſin fortè afflictionis ſuę vulnere detecto medicinam, Medicumque idoneum reperiat: in eaq; nihil contineatur quòd Catholicę veritati contrarium ſit, aut (non iuris Naturę, & iuſtiſsimæ defenſionis dictamine prolatum) aliquem meritò offendat; quin potiùs Catholicorum dumtaxat virorum, & de Eccleſia optimè meritorum innocentiam adſtruat,

dignum

dignum iudico, quæ Typis mandetur. Quod teſtor 24. Maij, Anni 1631. ſub ſigno meo manuali, & Sigillo proprio.

Franciſcus de Latre Canonicus, & Archipresbyter Audomarenſis, Lib. Cenſor.

Approbatio Facultatis Theologicæ Paderbornenſis.

LIbellus, qui inſcribitur: *Eccleſiæ Anglicanæ Querimonia Apologetica* de Cenſura aliquot Epiſcoporum Galliæ in duos Libros Anglicanos &c. Authore Hermanno Loemelio Antuerpienſi Sacræ Theol. Licentiato & Canonico Lect. Eccleſię Cath. Audomarenſis. Lectus à nobis Decano, Doctoribus & Profeſſoribus huius Facultatis, viſus eſt continere iuſtam ac neceſſariã defenſionem doctrinæ ab omni hæreſeos, aliuſque omnis erroris ac periculi nota alienæ. In cuius rei teſtimonium has Notarij manu ſubſcriptas, conſueto noſtro ſigillo muniuimus. Actum Paderbornæ in Collegio Sancti Ioannis

 Apoſtoli

Apoſtoli & Euangeliſtæ 17. Maij, Anno Domini M. DC. XXXI.

Ex mandato R. & Eximij D. Decani & venerabilis Facultatis.

✠ Locus Sigilli. *Bartholomæus Ruff, Apoſt. & Cæſar. auth. Notar. publ. Acad. Paderb. Ordin. & Bidellus in fidē.*

Lecta hac Facultatis Theologicæ Approbatione Reuerendiſsimus in Chriſto Pater ac Dominus D. Io. Pilchingius Epiſcopus Cardicen. Sereniſſimi & Reuerendiſsimi Principis Archiepiſcopi & Principis Electoris Colonienſis &c. per Diœceſim Paderbornenſem & Hildeſheimenſem in Pontificalibus & ſpiritualibus Vicarius Generalis &c. imprimendi poteſtatem fecit.

Ex ſua Reuerendiſſimæ Paternitatis ſpeciali mandato.

Bartholomæus Ruff, idem qui ſupra, Notar. authen.

Admo-

Admonitio ad Lectorem.

VT *Eccleſiam Anglicanam querentem inducerem, fecit Nobilium Angliæ Catholicorum* Declaratio, *quam aduerſus prætenſam Chalcedonenſis Epiſcopi Authoritatē ediderunt, in qua non obſcurè de nonnullis queruntur, qui cùm nullam in Catholicos Angliæ authoritatē habeant, de cauſa tamen ipſorum iudicandi prouinciam ſibi ſumunt. Nimirum Eccleſiæ illius longè maximam, & nobiliſſimam partem Eccleſiæ nomine inſignire me poſſe exiſtimaui. Non ignoro Eccleſiæ nomine Clerum præcipuè intelligi oportere, ſed Nobilibus Catholicis Gentis illius prope omnibus, quin Cleri tum Sæcularis tum Regularis maxima pars conſilio, conſenſuq́; adfuerit dubitare non debui.*

Argu-

Argumenta quæ tractantur.

§. I.

Eccleſia Anglicana declarat, cur de Cenſura horum librorum queratur; & quantum Sedi Apoſtolicæ & Monachorum Ordini debeat.

§. II.

Charitas & Spiritus lenitatis in Scriptore Epiſtolæ deſideratur.

§. III.

De inefficacitate & importunitate Cenſuræ Epiſtolaris.

§. IIII.

Cenſura, qua communiter fertur in vtrumque Librum, excutitur, & hyperbolizare conuincitur,

§. V.

Cenſura in librum Diſcuſſionis *quãtum à veritate deficiat.*

§. VI.

Quàm ſeuera, neque tamen vera ſit ea Cenſuræ pars, quæ Librum Apologiæ *perſtringit.*

§. VII.

De ſilentio aliorum Epiſcoporũ, tam Galliæ quàm aliarum Gentium: & de Propoſitionibus notâ dignis Doctoris Kelliſoni.

ILLV-

ILLVSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI DOMINI, AC PATRES.

VESTRAM ad cæteros Galliarum Archiepiſcopos & Epiſcopos Collegas veſtros Epiſtolam, vel mea diligentiâ conquiſitam, vel nonnullorum, qui Regularibus non fauent, ſtudio celeriter tranſmiſſam, ſtatim ac prodijt in lucem accepi, perlegiq; accuratè. Ad me enim illa propriè vnicèque pertinebat in

in libros ſententiam fulminans, quos tamquam meos complexa fueram, & eſſe multis nominibus meos negare non poſſum.

§. I.

Mei ſunt, qui lingua tātum meæ Gētis, quos ipſa ſola legerē, ſola intelligerē, cùm veſtra in ipſos Cēſura ſæuiuit, ſcripti extabant; quæ niſi intentata fuiſſet, meo ſinu, & domeſticis parietibus contenti latinam lucem hodiè non aſpicerent. Mei ſunt, qui mei ſolius causâ è Religioſi ſilentij clauſtris prodierunt, vt me inſtituerent mihique mederentur, ægrè ferenti ea conditione me viuere, vt Epiſcoporum gloria carere neceſſariò debeam; quos perſecutione vigente cum pleno dignitatis, & poteſtatis titulo mihi reſtitui, è re Religionis non eſſe Sedes Apoſtolica ſemper exiſtimauit. Felix Soror mea Gallia quæ vobis aliiſque Epiſcopis tot ſapientiæ, ſanctimoniæque luminibus in *Candelabrum* erectis, vndique illuſtratur: cùm mea (ne quid dicam glorioſius) certè candelabro non indigna, tenebris & carcere damnata, perſecutionis *modio* teguntur. A quo dolore recreari non poſſem, niſi intel-

intelligerem, quæ ſunt obſcuriora mũdo, ſępius Deo eſſe notioria; Eccleſiaq; *Lunæ* comparari, cuius gloria quando eſt inuiſa terræ, cælo fulget illuſtrior.

2. Mei ſunt, qui mei honoris defendendi causâ arenam non detrectarunt cum Doctore prouocãte certamen inituri, qui me non ſemel iteratis vocibus incuſat tamquam meo *Sacerdoti non adunatam*, *ſine Paſtore gregem*, *ſine capite corpus*, *ſine gubernatore nauem*, *ſine Duce exercitum*, perinde ac ſi dixiſſet vagam, ἀκέφαλον, perditam, profligatam, talem deniq́ue in quam conueniat illud Cypriani *qui Epiſcopo ſuo adunati non ſunt, in Eccleſia eſſe non poſſunt*. Cur enim hæc in me nomina ſtatuuntur, cùm Sũmo Pontifici ſemper conſtantiſſimè adunata perſtiterim, à cuius me authoritate obedientiaq; nec *perſecutio*, nec *gladius*, nec *portæ inferi ſeparare potuerunt*, quem meum eſſe, & fuiſſe Paſtorem, propriumq́ue Epiſcopum, negare ſine notâ non poſſum? Nam propriam eius in me poteſtatem ſi negem, impia; ſi curam, ingratiſſima ſim.

3. Mei ſunt, qui tum Sedis Apoſto-
licæ

licæ Præſules, tum Religioſæ vitæ profeſſores, quibus ego meipſam totam debeo, tuentur & ornant, quos vtroſq; labe aliquâ Doctor pręfatus aſperſerat. Nam Summos Pontifices longa ſerie inuicem ſuccedentes perſtringit violatę diuinæ legis, quòd mihi Epiſcopum tot per annos non dediſſet; quem mihi diuino iure deberi rigidè, ſed minùs verè contendit. Religioſos dedecorat, ſtatus Religioſi minuta expoſitione & frigida laude, hoc agens, vt paupertas in affectu animi, de quo Clerus ſæcularis præſumit, præferenda videatur actuali, quã Religioſi profitentur. Comparationibus indulget odioſis, nimiumque Epiſcopalis ſtatus, ſupra Religioſum, eminentiam exaggerat, vt illius luce iſti tenebras offundat, eòque tendit, vt vocatio Seminariſtę, qui nec Parœcus ſit, nec Religioſus, omnium præſtantiſſima habeatur. Vnde inter iſtos ſibi applaudentes nata opinio, Seminariſtas eſſe ſtatum Eccleſiaſticum, & in Eccleſiæ Hierarchia locum obtinere, proximo poſt Epiſcopos, gradu, ſupra Religioſos, ſupra Parœcos, alioſque Prælatos omnes, qui ſint Epiſcopo inferiores.

4. Aduer-

4. Aduerſus quæ commenta cum Liber vterque tum ſedis Apoſtolicę prudentiam, tum Religioſi ſtatus dignitatem propugnet, Libros qui ſic pro meis militant, meos debeo dicere. Nam quę gens aut hominum natio intra cæli complexum, quæ Cathedræ Petri, quæ Monachorum ordini arctiori, quàm ego gratitudinis vinculo obligetur; aut quę plura aut præſtātiora beneficia ab vtriſque acceperit? Quorum ope Deum & Chriſtum ſcire & colere didici, hoc eſt quicquid bonorum cōtinet beata Æternitas, conſecuta ſum. Nam cùm Gentilium errorum demerſa tenebris in vitiorum omnium cœno volutarer, à vobis qui loco proximi eratis, nihil mihi ad ſalutem opis allatum eſt. Ad me ſubleuandam ſeruandamque Gregorius ipſe Monachorum decus & gloria veniebat. A Benedicto Papa reuocatus, & in eiuſdem locum mox ſuffectus, multos gratiâ Benedictos & nomine mihi continuò miſit, qui iacentem erexerunt, ſordidam lauacro vitæ abluerunt, in tenebris degenti lumen æternitatis commōſtrarunt, barbarum frendere aſſuetam mellifluū Alleluia reſonare docuerunt.

5. Hinc nulla gens olim in Apoſtolicam Sedem propenſior, reuerentiæq́; in Sanctum Petrum teſtandæ ſtudioſior, in Monachorum ordinem nulla deuotior, cui ſe tot Reges, tot Reginę velut ad ſuum reuerſi ſanctitatis fontem riuuli conſecrarunt. His ego olim Eccleſiarum Cathedralium longè plurimas & nobiliſſimas regendas ordinandaſque commiſi, tantum abfuit, vt Monachos ab Hierarchiâ Eccleſiæ eliminandos cenſuerim. Quale verò illud gratitudinis argumentum, quod de Pictorũ gente Columbani Monachi ope conuerſa ad fidem, Venerabilis Beda ſcribit hiſtoria gentis noſtræ l. 5. c. 4. *Habere (inquit) ſolet ipſa inſula Rectorem ſemper Abbatem Presbyterum, cuius iuri & omnis prouincia, & ipſi etiam Epiſcopi ordine inuſitato debeant eſſe ſubiecti, iuxta exemplum ptimi Doctoris, qui non Epiſcopus, ſed Presbyter extitit & Monachus.* Nimium hoc vobis ſat ſcio, videbitur, neque ego quin fuerit, repugno; tamen ita nimium, vt illud genti Monachis ob immortalia ipſorum merita nimium quantum debenti indulgendum Eccleſia cenſuerit.

6. Hæc

6. Hæc, quę præfata ſum, declarant me nihil præter officium, nihil extra quod deceat, facere, ſi ſic commouear quaſi ipſa petar, cùm Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & ſtatus Religioſi dignitas impetitur; ſi cauſam illorum tamquam propriè meam tuear, illorum iniurias tamquam meas querar; ſi librorum, qui ab ipſis, vel pro ipſis ſcribuntur, honori conſulam, tamquam illorum contumelijs lædar, ignominijs dehoneſter, condemnationibus infamer. Cræſi filius cùm militem videret in Patrê ſtricto ferro irruere, cùm naturâ mutus & elinguis eſſet, quod natura vinxerat pietas ſoluit, in vocemque prorumpit, *ne occidas parentem*. Regulares *verbo vitæ* linguâ à Deo Benedicta Chriſto me genuerunt, vt ſi *decem millia Pædagogorum habeam, non tamen alios Patres*, à quibus Chriſti ſpiritum primitiùs hauſi. Conſpicio nonnullos in horum famam, quæ, (quia ſaluti animarum neceſſaria) vita ipſis eſt charior, arrepto cenſurarum gladio, quem à vobis mutuantur, incurrere. Hoccine, me vidente, & tacente, nec auxilium implorante fieri? Abſit, ſi facultas aptè

copioſeque dicendi ſpectetur, infans & elinguis ſum, non tamen ero impia. Voce, ſi non docta, ſaltem querula vtar: fortaſſis fandi facultatem, quam natura & diſciplina negat, pietatis affectio dabit. Denique Reuerendiſſimi Patres, cùm Regularibus pro mea ſalute, pro fidei Catholicę defenſione, pro Sedis Apoſtolicæ authoritate vitam oppignorantibus, vincula ſuſtinentibus, ſanguinem ſudantibus, libris ipſorum damnatis, ſtigmata inuratis, vultis vt non ſentiam? Mihi, qua parte non modò viua, ſed etiam ſaniſſima ſum, ſectiones, vſtioneſque adhibetis, nec mihi fas erit commoueri, & in gemitum erumpere? Certè pro veſtra Sapientia, mirari non poteſtis, nedum indignari, ſi mei, tali cruciatu, expreſſi liberi queſtus audiantur.

§. II.

7. Neq; tamen adeò ſum inhumana, vt veſtram charitatem non exoſculer, à qua Epiſtolam veſtrā ſcriptor illius exorditur. Nimirùm illius *nullū limitē eſſe*, vos eâ cōplecti omnes, pro quibus Chriſtus eſt mortuus: hinc factū, *vt veſtra fueritis arbitrati, quā ſunt Angelorū, nec*

minùs

minùs miſerãda illius Eccleſiæ vulnera ſenſeritis, quàm ſi vobis eſſent inflicta. Veneror in vobis hunc ſanctæ charitatis zelum, gratulor ſorori meæ Galliæ tot Paulos obtigiſſe, quibus licèt iuriſdictionis limites definiti ſint, tamen ita dilatantur ſpatia charitatis, vt cum Paulo verè dicere poſſint, *Inſtantia mea quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror?*

8. Poſſem hic obijcere dictum illud S. Bernardi vulgò notum, *Sæpè ſub pallio charitatis negotium vanitatis, imò & iniquitatis actitari:* poſſem in illius confirmationẽ adducere exempla antiqua, recentia, ſummorum Pontificum teſtimonijs adfirmata, per quæ conſtat non defuiſſe aliquos, qui quæſitis occaſionibus prætextu charitatis, aduerſus Regulariũ quietẽ & famam dura, & grauia ſæpè moliti ſunt. Nec illud moneo, veſtræ Galliæ vulnera nõ videri ſic feliciter eſſe perſanata, vt alijs Gentibus medicos, vulnerumq; curatores veſtrâ ſponte vos offerre debeatis. Philippo Macedoni Regiã factionibus diſſidijſq; & exilijs tum Reginæ Olympiadis, tum

Alexandri Principis deformatam habẽti; percunctanti autem à Demorate, quâ ratione poſſet in Græcia pacem ſtabilire, Demorates reſpondiſſe fertur, *Philippe, tua minimum intereſt Græciæ curam ſuſcipere, qui tot diſcordijs, & calamitatibus propriam Regiam cumulaſti.*

9. Abſit, Ampliſſimi Patres, vt hoc vobis ego applicem. abſit vt de veſtro ſinceriſſimo affectu in miſerandam noſtram Eccleſiam charitatis prudentiæque pleniſſimo, quidpiam dubitem, quos Chriſtus ipſe, vt ait Ambroſius *abiens in cœlum mundo ſui amoris Vicarios reliquit.* Quomodo enim in curationem noſtrorum vulnerum non incumberetis Vicarij illius pientiſſimi *Samaritani?* Cuius tamen miſeros curandi morem fas mihi ſit queri à veſtræ ſcriptore Epiſtolę non eſſe ſeruatum. *Samaritanus* enim vbi vidit infelicem iacentẽ in viâ, ſpoliatum à latronibus, vulneribuſque conſciſſum, non ex alto deſpexit, nec pro ſui ſeueritate officij ſtatim ferramẽta expediuit & ignes, ſed *deſcendit, & appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, impoſitúque iumen-*

In Lucam cap. vlt.

Luc. 10.

iumento cùm duxiſſet in ſtabulum curã illius ſedulam *egit*. O vera Charitas, quæ non alta ſapit, ſed *deſcendit*, humilibuſque ac humi proſtratis miſerando conſentit! non ex alto, & à longè deſpiciens emplaſmata præſcribit, ſed *appropians* explorat vulnera, molliq; manu tractat; non ea nudat & oſtentat, ſed tegit & *alligat*, non vrit & lancinat igne armata & ferro, ſed fouet ac mulcet *oleo* diffluens & *vino*.

120. O quàm viuam imaginem huius ſuauiſſimę charitatis veſtra nobis Epiſtola exhiberet, ſi ſcriptorem habuiſſetis veſtris affectibus parem, qui veſtra miſericordiæ viſcera, veſtram Charitatis dulcedinem diffluẽtemq; fauum exprimere potuiſſet? Quàm paterno pietatis affectu nobis compateremini? Quàm molli attactu vulnera noſtra tractaretis benignâ interpretatione ſi quid ſit difficile, mitigantes? Quale oleum infunderetis, & quale vinum? Oleum pacis quæ rancorem noſtræ diſcordiæ temperaret, vinum veræ ſanęq; doctrinę, quæ ſaniem erroris (ſi quis ſit) exhauriret: Nimirum experiremur quod Propheta deſiderabat: (a) *Corripiet me iuſtus in-* (a) *Pſal.* 140. 5.

miſericordiâ. Quod Apoſtolus præcipere ſolebat: (b) *Vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis*. & alibi: (c) *Seruum Domini oportet manſuetum eſſe ad omnes, cum modeſtiâ corripientem eos, qui reſiſtunt Veritati.* Quod Gregorius Nazianzenus magnũ Græciæ lumen monet: (d) *hanc rationem tene, vt fratrem corrigas leniter & humanè, non vt hoſtis, nec vt durus & rigidus Medicus; nec vt ſectionibus tantùm, & cauterijs aduerſus morbum ſciens graſſari.*

(b) *Galat.* 6. 1.

(c) 2. *Tim.* 2. 12.

(d) *Orat. de moder. in diſput. habenda.*

11. Liceat (e) nobis noſtri animi vobis latebras aperire. Veſtræ ſcriptorem Epiſtolæ credimus veſtri chori non eſſe; ſi fallimur pietatis error eſt, non aliunde natus, quàm quòd de veſtra ſacrarum literarum notitia, prudentia, charitate altè ſentimus: *Labia* nimirum *veſtra cuſtodire ſcientiam*; ſub lingua veſtra fluere mel & lac, vos eſſe de quibus Eccleſiaſticus dicit; (f) *In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina Scripturarum*. Sic apud nos ſtatuimus à nemine veſtrûm prodire Epiſtolam potuiſſe, niſi qualem Monachis Paleſtinæ, ortâ inter ipſos & Epiſcopũ Hiero-

(e) Scriptor Epiſt. à charitate RR. PP. deflexit.

(f) 44. v. 5.

Hieroſolymitanum diſcordiâ ſcripſit Theophilus Patriarcha Alexandrinus, quam Hieronymus reſcribens cæterorũ nomine, ſic laudat: *Epiſtola tua, hæreditatis Dominicæ te indicās poſſeſſorem, qui pergens ad Patrem Apoſtolis loquebatur, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, illius quoque felicitatis compotem te eſſe teſtata eſt, in qua Beati pacifici nuncupantur. Blandiris vt Pater, erudis vt Magiſter, inſtituis vt Pontifex; veniſti ad nos non in authoritate virgæ, ſed in ſpiritu benignitatis, & lenitatis, & manſuetudinis, vt humilitatem Chriſti primo ſtatim ſermone reſonares, qui mortalium genus non fulminans, & tonans, ſed in præſepi vagiens, & tacens ſaluauit in Cruce. Legeras in typo illius antè prædictum; Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius, & in ipſo poſtea præſentatum, Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde; vnde & multa de ſacris voluminibus ſuper pacis laude perſtringens, ac per varios ſcripturarum campos more apum volans, quicquid dulce & aptum concordiæ fuit artifici eloquio meſſuiſti.*

Epiſt. ad Theoph. aduerſ. Ioannem Hieroſol.

12. Vt veſtri chori omnes & ſingulos credimus Theophilos eſſe, id eſt Dei, qui charitas eſt, amantes, ſacrâ ſcientiâ, eloquentiaque inſignes: Ita (ſi per vos licebit) nullam credemus epiſtolam veſtram eſſe, niſi eiuſmodi ſit, vt ab ipſa charitate veræ ſapientiæ diſciplinis excultâ, credi poſſit exarata. Iam quam ſcriptã habemus, qualis ſit, quæſo dignamini ex particulæ illius recitatione recognoſcere. *Eo*, inquit, *collimant duo libri, vt quam Dominus auctoritatem Epiſcopis attribuit eleuent quàm maxime, & deprimant; innumeris propoſitionibus ſcatent, quæ infelici huic ſcopo aptiſſimè nimiumque reſpondeant. Nam in priore libro falſa, præſumptuoſa, temeraria, antiquiſſimo Parochorum inſtituto contraria, Chriſtianæ plebis, & ſimpliciorum hominum ſaluti pernicioſa leguntur innumera; non pauca autem erronea, in ſacrum Epiſcoporum Ordinem contumelioſa, & quæ ad hoc videantur ſcripta, vt inſtitutam à Chriſto Hierarchiam aut euertant funditùs, aut certè perturbent.* Huic ſimilis vel etiam triſtior reliqua cenſuræ pars, ſuperlatiuis, hyperbolis, amplifica-

plificationibusq; exundans, nulla ſcripturæ auctoritas, nulla erroris conuictio, nulla inſtructio *in ſpiritu lenitatis*, tantùm *ſpiritus grandis commotio, ignis*, cùm tamen *non in ſpiritu, non in commotione, non in igne Dominus, ſed in ſibilo auræ tenuis*, quam nuſquam ſcriptor hac epiſtolâ ſpirat. *Non eructauit cor eius verbum bonum*, nec fuit *calamus ſcribæ velociter ſcribentis*, &, *de theſauro ſuo noua & vetera proferentis*, niſi dicamus veteres protuliſſe pannos, heu rigidiores, quàm vt ijs cruda vulnera obligentur, pingues *potius lacernas*, quales ille ſe accepiſſe queritur,

——— *duri craſſique coloris*
Et malè percuſſas textoris pectine Galli! *Iuuenal. ſatyr. 5.*

§. III.

13. (h) Liceat nobis Reuerendiſſimi Domini ac Patres, quod ſentimus, dicere, quod experimur, loqui, quod patimur, queri. Iſtiuſmodi Epiſtolæ non ſanant Angliæ noſtræ, hoc eſt mea vulnera, ſed exulcerant: *Addunt afflictionem afflictæ*, vt ad Deum conuerſa cum Regio vate dicam, *ſuper dolorem* *(h) Epiſt. Epiſcopal. remedium ſanandæ Angliæ minùs aptum.* *Cant. 6.*

vulne-

vulnerum meorum addiderunt. Vel, vt cum ſponſa vicem meam querar, *Inuenerunt me vigiles qui cuſtodiunt ciuitatem, percuſſerunt me, & tulerunt pallium meum*. Quo gemitu, ô infælix Eccleſia, quo lacrymarum flumine, mihi pallium auferri querar, à quibus, & quo tempore minimè omnium debuiſſet; meque inter hæreticos, hoſteſq; degẽtem ipſorum nudam ludibrijs exponi? Hactenus quippe quę ſæculares Sacerdotes inter & Regulares controuerſia interceſſit, hoc *pallio* tegebatur, concertationem eſſe inter vtrimq; Catholicos, ſicut interſe quotidie Theologi de rebus necdum clare perſpicuèq; diſcuſſis, ſaluâ fidei compage diſſentiunt. Accedebant ſpecioſa exempla, quibus *pallium* ornabatur, inter Apoſtolorum Principes, hinc Petrum inde Paulum opinionum diuerſitatem interceſſiſſe; Doctorũ lumina Hieronymũ & Auguſtinum diuerſa ſentientes Epiſtolis dimicaſſe; ſanctiſſimos Epiſcoporum Epiphanium & Chryſoſtomum circa libros Originis, non ſine fulgurante iracundiâ diſſenſiſſe. De Paſchali feſto lunâ decima quartâ celebrando, quanta Sanctitas

ctitas Epiſcoporum hinc Occidentaliũ, inde Orientalium decertauit? Quid, quod beatos Angelos ſibi inuicem obſtitiſſe, cum diuina voluntas neutri adhuc parti liqueret, non vana opinio ſit? Glorioſum *pallium*, quo vtrimq; crimen hæreſeos apud homines & Deum tegebatur, veſtro iam Decreto ſublatũ eſt: dum partem alteram velut erroneã, blaſphemam, ſchiſmaticam, hęreticam proſcribitis. Quid igitur faciam, qua parte Catholica ſum infelix Anglia? ſi qui circumſtat hæreticus, obijciat meos fidei Catholicæ præcones circa dogmata fidei fœdè errare, alterutros hæreticos eſſe. quo me vertam? quo iam meam *pallio* verecundiam tegam?

14. Scio quid Illuſtriſſimi Domini, dicturi ſitis, libros quos damnamus, abijciat, dogmata quę proſcripſimus, anathematizet, noſtrum decretum velut certum fidei dogma amplexetur, eoque ſe veſtiat, nec eius nuditas apparebit. Deum ſecretorum arbitrum teſtem huius vocis adhibeo, vtinam veſtris decretis ea vis ineſſet, vt ijs Catholicus ſalua fide refragari non poſſit. Vtinam veſtra ſententia finem liti imponeret,

etiam

etiam quos damnatis erroris, vobis gratiam haberent, de pace compoſitâ, de veritate patefactâ, velut de *drachma inuenta* ſibi, alijſq; gratularentur; ſed cùm veſtra decreta iſtiuſmodi vigoris non eſſe, nimium quàm notum ſit, liceat mihi vobis in memoriam reuocare dictum Eminentiſſimi Cardinalis Peronij, *Ratio* (inquit) *nos inſtruit Anathematiſmos* (ſeu Cenſuras) *intus in animis mortalium vim nullam habere, niſi credantur ab authoritate prorſus infallabili proficiſci*. Quàm benedixit *intus in animo*, quia fieri poteſt, vt quis metu pœnę ſileat, ſed Cenſura, niſi credatur infallibilis, falſam opinionem ex animo radicitùs non euellit. In Anglos Catholicos vobis, Reuerendiſſimi Domini, Iuriſdictio non competit, quatenus ipſis ſilentium imperetis; nec veſtri Decreti robur eſt tantum vt non poſſit velut inualidum, deceptioni obnoxium, à veritate alienum repelli. Quale igitur miſeræ à veſtra epiſtola ſolatium? medicamentum, quo vulnus ſanetur interiùs non adhibuiſtis, & tamẽ velamentũ quo tegebatur exteriùs, quãtum eſt in vobis ſuſtuliſtis. An non igitur

Harangue faict de la part de la Chambre pag. 117.

tur merito querar? *tulerunt pallium meum*, imo nouo me vulnere percuſſerunt. Vtinam enim, vtinam non ſit hæc Cenſura tamquam *vnguis in vlcere*, diſcordiamque augeat, vt qui priùs tamquam vtrimque Catholici leniùs diſſidebant, nunc vehementiùs infeſtis ſignis tamquam Catholici cum hæreticis dimicēt!

15. Hæc de veſtræ Epiſtolę ſcriptore conqueſta, aliud aggredior argumētum, altiore gemitu dignum. Parcite mihi Reuerendiſſimi Domini, nam vocem extorquet, nec capit frænos dolor. Non ignoro dignitatem veſtram, *Ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi omnes*, ſed dolor vehementior, amoris igne ſuccenſus non terrę, non cælo parcit, in homines, in ſuperos querelis indulget,

Complexa ſui corpus miſerabile nati
Atque Deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Ipſe totius patientię ſpecimē Beatus Iob etiam *cum Deo diſputare cupiebat*, à quo ſe innocentē ſentiebat affligi, inuidorumq; irriſionibus tamquā ſagittis metā oſtentari. Igitur queror, & quæro; Quid neceſſe fuit libros dānare linguâ ſcrip- Cap. 13. 3.

tos vobis, veſtris ouibus, Gallijs prorſùs ignotâ? Quorſum ita importunè in vulnerum meorum curationem incumbere, quæ per voſmetipſos neque quidem poteratis inſpicere? Ego diſcordię conſciſſa vulneribus, libris, variâ doctrinâ hinc à ſæculari Clero, inde à Regulari ſcriptis, in partes diſtracta, Sedis Apoſtolicæ opem imploraueram; illi mea vulnera aperueram, cauſam in ſe ſuſceperat, auxilium eximia cum benignitate addixerat, ſanarique iam iam expectabam ab illa ſalutari manu, in fidei rebus numquam à vero aberrante. Interim vos iniectâ vi ad veſtra me iudicia traxiſtis, in vulnera mea inquiſiuiſtis, veſtrę curæ ſubeundæ neceſſitatem impoſuiſtis inuitę; renitenti horrentique veſtram mihi inexpertam, neque ſemper dexteram, ſed errori obnoxiam manum.

16. Quid hic primùm querar; iniuriam Sanctę Sedis, an meam? Sedi Apoſtolicę debita reuerentia violatur, cùm cauſæ quæ coram illâ pendent, ab inferiore Iudice tractantur, & finiuntur. *Poteſtati* (inquit Auguſtinus) *ſub cuius examine cauſa pendet facit iniuriã,* Epiſt. 137. *qui*

qui illius iudicium ſuo vult præiudicio præuenire. Quod neque quidem in iudicijs ſæcularibus Iudices faciunt, quando cauſa dubitatio ad maiorem poteſtatem refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare. Ita Auguſtinus. Mihi vero quid potuit triſtius accidere, quàm à medico cuius diuinâ ope ſanata ſæpiſſime fueram, ad medicos trahi curationis incertæ, qui vrant, qui ſecent ea vulnera, quę Summus ille Medicus ſolo molli attactu, ſola monitione ſalutari & ſuaui.

——— *Manu medicâ, Chriſtique potentibus herbis,*

ſeu potius verbis, ſtatim, ac certiſſimè percuraſſet. Infelicitati cumulus acceſſit, quod cùm libros veſtro Marte intelligere non poſſetis, quales per Deum immortalem, meorum vulnerum inſpectores adhibuiſtis, quales librorum interpretes? Nimirum quos conſtabat Regularibus librorum authoribus infeſtos nihil magis cupere, quàm famam illorum denigrari, & ipſos omnibus infamiæ notis per fas & nefas maculari.

17. Aderant, vel facillimè aduocari poterant quibus libri probabantur, qui ſi

quæ dubia,aut ambigua viderentur,explicaſſent,vereq́ue vel ſaltem intra fidei Catholicæ regulam probabiliter aſſeri oſtendiſſent. Horum ope vti noluiſtis, nec vllum qui librum probaret audire; non aliâ cauſâ (ſic enim vulgò dicitur) quàm metu ne veritate doctrinæ vobis penitus perſpectâ diſerteq́ue probata,nihil ſupereſſet quod infamibus notis inurendum, vel veſtro iudicio videretur. Magno meo cum dolore iam ſentio,non eſſe ſemper veram illam Auguſtini ſen-
In Pſ. 34. tentiam:*Medicus adhibetur ad ſalutem, ferroque armatur,non contra hominem, ſed contra vulnus*. Nam veſtra medicinali Cenſuræ ferro armata manus, dum pro maleuolorum placito applicatur, nō contra vulnera, ſed contra homines diſtringitur;non errores,ſed Regulares ferit; nec corrupta,impiaq́ue dogmata exſcindit; ſed viua Eccleſiæ membra, non tantum ſana, ſed etiam alijs ſalutaria infami vulnere lancinat.Miſeram me,quæ ſupremi ſapientiſſimiq́ue medici manibus per vim erepta, ſecanda committor medico, qui per ſe mea vulnera nequit inſpicere, medico oculis vtenti alienis (heu à me meiſq́ue Regularibus nimium alienis)

alienis) medico, qui tot mihi infamiæ ſtigmata inuret, quot mihi ineſſe malè ſanæ doctrinæ vulnera finget inimicus.

18. Scio, Reuerendiſſimi Domini, vobis acerbam videri querelam meam, ſed pro veſtra prudentia cogitate, ſi ſint hęc dura dictû, quàm ſint aſperiora perpeſſû. vtinam animum, quo ſortem meã defleo, poſſetis penitus introſpicere, eũ, vt doloris & ęgritudinis, ita in nos, veſtrumque ordinem amoris reuerentiæque pleniſſimum cernetis. Vt ſanctiſſimus ille patientiæ magiſter Patriarcha Iob querelis in ipſum Deum quem ſummè venerabatur vſus eſt, de quibus dicebat *ponam coram eo iudicium, & os meum implebo increpationibus.* Quæ quidem increpationes, quatenus querelæ iuſti doloris iudices, ex amore profectæ dirigebantur in Deum; ſi quid in ſe reprehenſionis continebant, id omne ad homines referebatur qui conuitijs, calumnijs, argutijs ipſius innocentiam obruere conabantur: ita noſtræ de Regularium innocentiâ à vobis afflicta querimonię quatenus dolorem noſtrum teſtantur, acerbique vulneris ſenſum vos aſpiciunt, veſtramque miſericordiam

Cap. 23. 4. Plineda ibid.

aperto gemitu, tacita prece implorant; ſi quid reprehenſionis habent,ſi culpam imputant,ſi maleuolentiam obijciunt,ad illos ſpectant qui veſtram prudentiam, zelum,charitatem(ſicut ſatanas Dei ſeueritatem aduerſus innocentiſſimũ Iob) mendacijs,& calumnijs concitarunt. Audio enim non neminẽ repertum,qui quo faciliùs Cenſuram impetraret, deponere auſus ſit Tomum tertium de Religione doctiſſimi Franciſci Suarez, Romæ eſſe damnatum; Bonnacinæ quoq́ue ſententiam,Confirmationis Sacramentum non eſſe neceſſariũ, neq́ue neceſſitate medij, neq́ue neceſſitate præcepti, ibidem eſſe proſcriptum. Mirum quod non etiam ſanctè vobis affirmarit,ſummam Theologicam Angelici Doctoris,eiuſdemq́ue Tractatum cõtra impugnantes Religionem, & Diui Bonauenturæ Apologiam Pauperum, alioſq́ue quam plurimos libros Romę prohiberi,Theologorum & Patrum, in quibus eadem, quæ damnaſtis in his duobus libellis, dogmata continentur.

§. IIII.

19. Hęc,in genere de veſtrę Epiſtolę proœmio,

procemio, ſeu cauſa quæ vos ad Cenſuram ferendam impulit conqueſta ſum, de charitate ſcilicet illa veſtra ſincerâ quidem in me (ſic enim libet credere) ſed aſperiore, nimiumque importuna, quæ me è ſupremi medici manibus à ſe curandam vi eripuit, tractareque vulnera voluit, quæ per ſe ſuiſque oculis inſpicere non poterat. Nunc ad particularia deſcendam non tam querelę, quam Apologiæ ſtilo, defenſiſque Regularibus meis veſtri Scriptoris redundantem eloquentiam intra veritatis limites reuocare conabor. Incredibile videbitur, quod dicturа ſum; tamen illud clariſſimè demonſtrabo. Cenſuram perpetuam, hyperbolen eſſe, nullam ſententiam in ea reperiri, quæ ſit rigide exacteque vera; nullam quæ non ſit clare aperteque falſa, niſi beneficio hyperboles excuſetur. Hoc verum ſi ſit, non leuem in ſe culpam admiſit. Epiſtolam cum ſcriberet, quæ veſtro, hoc eſt triginta, & amplius Epiſcoporum nomine ederetur grauitatis, & veritatis exactam habere rationem debuiſſet; cùm ſciret, vel ſcire facile potuiſſet Epiſtolæ illius peccata, in veſtram contumeliam redundare. Non Rheto-

Arnob. li. 1. aduerſus Gẽtes. ricæ, ſed veritatis, non figurarum, ſed ſcripturarum habenda ratio erat, Arnobijque præceptio ad mentem reuocanda: *Pompa ſermonis concionibus, litibus, foro, iudicijſque ſeruetur: cum de rebus agitur ab oſtentatione ſemotis, quid dicatur ſpectandum, non quanta cum amœnitate dicatur.* Ego vobis exempla huius oratorię exaggerationis exhibebo plurima, quas Hyperbolas vocabo. vos illa inſpicite, & ſui nominis pondere penditote.

Prima Hyperbole.

Pag. 4. 20. Circa authores huius Epiſtolæ, & in libros Cenſurę, ſic vos loqui facit: *Quotquot in hoc orbis Theatro verſabamur Epiſcopi, velut ad ſedandum domeſticum incendium concurrimus, & libros latinitate donatos excuſſimus diligentiſſimè, & recenſuimus, ijſque tandem iuſſimus ſtigmatis &c.*

Ego vos omnes quotquot huic Epiſtolę ſubſcripſiſtis, vtrumque librum integrè perlegiſſe, ne dum diligentiſſimè excuſſiſſe, huius authoritate non adducar, vt credam. Quicquid ſit, ſine dubio exundat, & excuſatione Hyperboles

perboles indiget, in eo quod dicit, *quotquot Pariſijs tunc verſabantur Epiſcopos hos libros recenſuiſſe, & ſtigmatis inuſſiſſe*, Reuerendiſſimus quippe Epiſcopus Syluanectenſis Paſtoralis prouidentiæ, & antiquæ Epiſcopalis ſanctitatis exemplum initiò vobis adfuit; ſed cùm videret viros pios, pro fide inter, & aduerſus Hæreticos dimicantes, inimicorum apud vos gratiâ inauditos & abſentes opprimi, à veſtro ſe cœtu ſubduxit. Illuſtriſſimus Archiepiſcopus Rhotomagenſis, quem iure dixerim, Græcæ, Latinæque Theologiæ ambulantem bibliothecam, vobis ſe recuſauit adiungere, & libros Catholicorum peregrini Idiomatis damnandi morem, quem veſtro exemplo ſtatuere volebatis, omnino improbauit. Denique ſcitur Eminentiſſimum S. R. E, Cardinalem Rupefalcadium, cùm initio in ipſius ædibus conueniretis, conuentum adhibito publico notario, abrupiſſe: & quantum à veſtra Cenſura abhorreret declaraſſe.

21. Apud Æpyptios olim, ijdem fuere iudices qui Sacerdotes, inter quos Princeps erat iuſtitiæ omnium natu maximus, & æquitatis tenaciſſimus, qui ima- *Ælianus var. Hiſtor. l. 14. cap. 34.*

 ginem

ginem ex Sapphiro gemma confectam geſtabat, quę *Veritas* vocabatur. Nimirum veſtro cœtui defuit Sacerdotum Galliæ Princeps verè *Melchiſedech*, *princeps Iuſtitiæ*, natu ac dignitate maximus, quem tota Gallia veneratur, & nouit tenaciſſimum æquitatis. Hic, inquam, vobis defuit: magnum argumentum vnà defuiſſe Sapphirinæ veritatis gemmam, quæ veſtram Epiſtolam obſignaret. Igitur, cùm (pręter alios) tres iſtę Perſonæ, quæ Trinitatis æternæ imaginem repreſentant, inter ſe pares, ſic tamen vt vnus Authoritatis, alter Sapientię, tertius Sanctitatis Princeps videatur, cum (inquam) hi tres defuerint, quorum ſinguli inſtar multorum ſunt, ſeque veſtris cœtibus negando, vel ſubducendo, non libris notam erroris, ſed veſtræ cenſuræ potiùs notam iniquitatis inuſſerint; an non hyperbolicè dictum à veſtro Scriptore, quotquot Pariſijs tunc verſabantur Epiſcopos, libros ſtigmatis inuſſiſſe?

Secunda Hyperbole.

Pag. 5. 22. Vt circa Cenſuræ authores, ita circa librorum ſcopum, & finem Hyperbolicæ

bolica libertate exorbitat. Sic enim de illis ſcribit. *Id agunt potiſſimum eòque collimant, vt quam Dominus Epiſcopis authoritatem attribuit, eleuent quam maximè & deprimant.*

Hęc eſt Cenſuræ prima ſententia, quæ cum à veritate toto, vt aiunt, cælo aberraret, quo tandem euadet iſta cēſura? Nam ſi error exiguus, minutuſque initio in errorem maximum paulatim creſcat, vt Ariſtoteles definit; initiò maximus, quem tandem exitum habebit? Ex hac autem accuſatione adeò à veritate aliena, argumentum mihi certum duco, Reuerendiſſimos Dominos neutrum librum integrè perlegiſſe; neque enim ſcientes, inſignem adeò calumniam libris impingi, veſtro nomine pateremini. Nec vos librorum ſcopum perſpectum non habuiſſe (cùm non ſitis Angli) miror, aut queror, ſed qui libros *vobis tradiderunt, hi maius peccatum habent*. Hi enim libros, quaſi dignitatis Epiſcopalis, hoc eſt, veſtræ, depreſſionem ſibi pręfixam haberent, ad vos Epiſcopos detulerunt, eo animo, quo Iudæi Chriſtum Dominũ de Cæſaris maieſtate imminutâ apud Cæſaris Miniſtrum accuſarunt.

Nimi-

Nimirum veſtræ Sapientiæ lumen, ne de libris integrè ſanctéque iudicaretis; odij aduerſus illos inſtillatione perturbare voluerunt.

Plin. lib. 32. c. 10. 23. Lucerna, teſte Plinio, ſi Sepiæ atramento incendatur, adſtantium vultus formoſos alioquin & elegantes, horribiles, deformes, planeque Aethiopicos videri facit. Sepiæ atramentum *nigræ ſuccum loliginis* vocat Horatius, eoque ſignificari occultam maleuolentiam affirmat. Enimuerò *hinc noſtra lacryma*, hinc querelę; Sepię ſuum atramentum, maleuoli tetram falſamque perſuaſionem vobis (qui lucernæ eſtis Eccleſiarum) infuderunt, quaſi libri veſtræ dignitatis deprimendæ causâ ſcripti eſſent: ita veſtros animos candidos alioquin, & placidos librorum odio incēderunt. Hinc illorum facies tetra vobis & horrida; hinc ſcopus deformis, & impius; hinc tot in illis terribiles impietatum formæ; tot blaſphemarum laruæ tot hęreſûm monſtra. O ſi excluſo Sepiæ atramento, ſi depoſito partium ſtudio, defęcati iudicij oleo veſtros animos impleretis, ſi æquis oculis, ſi pura lucerna libros inſpiceretis, quàm alia vobis rerum facies,

&

& ſcriptionis ſcopus occurreret? Quæ nunc tetra, quæ nunc impia, quæ nunc blaſphema iudicatis; candida, Catholica orthodoxa, ſapientiæque oracula viderentur; denique libris iſtis ſedis Apoſtolicæ dignitatem ſtabiliri, non Epiſcopalem deprimi, aut vlla ex parte labefactari clarè perſpiceretis.

24. Id enim agunt potiſſimum, eoque collimant vt Kelliſonum redarguant, qui in Sanctam ſedem Apoſtolicam incurrere non metuit, eamque velut diuinæ legis violatricem perſtringere, quod ſæuiente perſecutione Epiſcopum Anglis non dediſſet, quem deberi Angliæ diuino iure perſecutionis maximè tempore contendit. Hoc *potiſſimum* his libris agi librorum inſcriptio, præfatio, capitulorum tituli, ſinguli paragraphi, paginæ, ac prope lineæ ac literæ indicant. De poteſtate vero Epiſcoporum imminuenda nulla controuerſia, nulla diſputatio, nec quanta ea eſſet quærebatur, ſed an ea quanta eſt, irritato Rege, cum grauiſſimo perſecutionis incremento intra Angliam conſtituenda eſſet. Quæro enim, quam partem poteſtatis diuinitùs attributæ hi libelli Epiſcopis negant?

negant? An dicunt Epiſcopo non ſuppetere poteſtatem Confirmationis Sacramentum adminiſtrandi? Aut ordines conferendi? Aut leges condendi? Aut præcepta imponendi? An ius Cenſuræ Epiſcopo eripiunt? An non dicunt Epiſcopos *ſceptrum regiminis in Eccleſiam diuino iure habere? Eſſe verè Principes ſub Romano Pontifice, non illius merè vicarios & delegatos?* Denique quæ maleuoli calumniantur in his libris tamquam authoritatem Epiſcopalem lædentia, patet tantum incidenter dici, nec ad librorum ſcopum pertinere, vt ingens hyperbole ſit, libros id *POTISSIMVM* agere, eoque, collimare, vt authoritatem Epiſcopalem deprimant, imò vero vt deprimãt *QVAM MAXIME*; quaſi maior Epiſcoporum depreſſio nulla eſſe poſſit, quàm ea ſit, quæ à libris iſtis intentatur.

Tertia Hyperbole.

25. *Tum verò per Epiſcoporum latus, non diuinum tantummodo Confirmationis Sacramentum, ſed & Eccleſiæ Hierarchia, qua nihil ſub cælo eſt auguſtius, & ipſum Petri ſucceſſorem Apoſtolo-*

poſtolorum Coryphæi, ſupremumq; Chriſti in terris vicarium non obſcurè petũt.

Hęc eſt tertia Hyperbole, *diuinum Confirmationis Sacramentum non obſcurè petunt*, hoc eſt, palam aperteque impugnant. Quid dici potuiſſet acrius in Hæreticos, qui Confirmationis Sacramentum abrogant? Iam vero quid dicunt libri tantâ contumelia dignum? Hoc tantum, *Sacramentum confirmationis non eſſe ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem, neque neceſſitate medij, neque neceſſitate præcepti.* At ſi hęc ſit, diuinum Confirmationis Sacramentum palàm negare, & non obſcurè impetere, Sacramentum hoc negat huius æui Theologorum longè maxima & nobiliſſima pars. Quis enim Theologiâ vel tenuiter tinctus ignorat, Confirmationis Sacramentum dici communiter non neceſſitatis? Cautiùs, & callidiùs quamuis magis malignè & ſycophãticè Pariſienſes Richeriſtę ſic loquuntur de Nicolao Smithæo, *prætextu non neceſſitatis*, inquiunt, *ſubdolè illud eſſe inutile inſinuat, quicquid in contrarium auctor proteſtetur*. Quid dici potuit virulentius? quid à Chriſtiana Charitate alienius! Tamen

Cenſura Pariſ. pa. 19.

Tamen ipſi dicere non ſunt auſi Nicolaum Smithæum palàm impugnare diuinum confirmationis Sacramentum, imo contrarium ſignificant, quod id faciat ſubdolè & tectè; vel hinc patet, quam ſit hyperpolica veſtra Cenſura, *diuinum Confirmationis Sacramentum nō obſcurè petunt.*

Quarta Hyperbole.

26. *Eccleſiæ Hierarchiam, quâ nihil ſub cælo eſt auguſtius, non obſcurè petunt.* Hoc eſt, Eccleſiaſticam Hierarchiam nō per cuniculos ſed palam & manifeſtè impetunt. Cur autem hic tumultuatur? quod ſcelus admiſſum? Nimirum vterque defendit Regulares in Eccleſię Hierarchia locum pręcipuum obtinere, præſertim *qui ſunt opitulatores Epiſcoporū,* & ex ſuo inſtituto hierarchizant. Enimuerò hac aſſertione putat Scriptor Hiechiam impeti, & funditùs vel euerti, vel concuti. Quando ſapientiùs S. Bonauentura, pauperum mendicantium, qui euāgelizant & hierarchizant acceſſu Deum hierarchiam Eccleſiæ ornaſſe. Hîc autem moneo Epiſtolę ſcriptorē qui ſit intrepidè,

trepidè, & hyperbolicè gladium Cenſuræ circumfert in Angliȩ Regulares, videat ne veſtros Coëpiſcopos Gallicani Cleri decora & ornamenta vulneret. R.mus Geneuæ Epiſcopus non ſolùm doctrinâ, ſed & ſanctitatis opinione clariſſimus, Regulares eſſe vnum ex importãtiſſimis Eccleſiaſticæ hierarchiȩ membris affirmat. R.mus Epiſcopus, & Dominus Bellicẽſis eruditionis miraculum, Gallicanæ Eloquentiȩ lacteum flumen, vitæ innocentiâ, pietateq́ue inſignis, librum anno ſuperiore edidit, quo Religioſorum in ſe patrocinium ſuſcipit. O quam multa ibi dicuntur, eadem prorſus quæ in libris hiſce damnantur, quàm multa pro Religioſis glorioſa, & in Epiſcopos acria, qui Regularibus, & eorum priuilegijs, & exemptionibus aduerſantur. Certè ſi ſimilia Daniel à Ieſu, vel Nicolaus Smithæus ſcripſiſſent, inuidiæ flammam, ſed potiùs incendium aduerſus ſe cõcitaſſent, quod Omnibus Oceani aquis non potuiſſet extingui. Voyageur incognu.

27. Inter cætera ex profeſſo varijs rationibus probat Regulares de Hierarchia eſſe, quas rationes credit, ita eſſe euidentes, vt non dubitet, quin cuiuis, *Lib.* 2. *n.* 5. *&* 8.

qui

qui ſit docili ingenio, id perſuadeant. Paucis dixero, ſi ſit error & Hierarchiam funditùs euertat; vel illius fundamenta perturbet, cur in Gallorum libris toleratur, legitur, imo à *Sorbonæ Doctoribus* (a) approbatur? Si nullus in fide error ſit, ſed Theologorum approbatione digna ſententia: cur in libris Anglorum tamquam fundamentalis error reijcitur? Cur huius gratia in librorum authores velut in non obſcuros Eccleſiæ hoſtes ad arma conclamatur? Scribit Ariſtoteles (b) in Meſopotamia Syriæ, regionis ſerpentes naſci, qui numquam indigenas mordeãt quamuis in exteros magnopere ſæuiant. His ſimiles Cenſores Eccleſiaſtici eſſe non debent, nec in libris gentem damnare, ſed mentem; cenſuræ mucro pro fide, non pro patria; contra errores, non contra exteros; religioſo officio, non nationali odio diſtringendus eſt. Imo multum videtur à ratione diſſonum Galliæ Prelatos in libris Anglicis dãnare, quod in Gallicis permittunt & laudant, cum prudentiæ ſit obſeruare.

Aedibus in proprijs quæ recta aut praua gerantur.

(a) Duo Doctores Pariſienſes P. *du Houſſay*, N. *le Vateur* librũ R.mi Bellicẽſis approbarũt: poſt finẽ libri reperitur approbatio.

(b) *Lib. de admiran. c.* 145.

Quinta

Quinta Hyperbole.

28. *Ipſum Petri ſucceſſorem Apoſtolorum coryphæi, ſupremumque Chriſti in terris Vicarium non obſcurè petunt.*

Nihil dici potuit, aut cogitari, quod in hos libros minùs verè conueniret, qui tota in eo verſantur, vt ſummi Pōtifici poteſtatem ſupremam, & in omnes Eccleſias particulares immediatam ſtabiliant. Et quidem quod ſpectat ad alterum ex his libellis, videlicet Danielis à Ieſu, nihil quod vel leuiter ſonet contra Pontificis poteſtatem Cenſura Pariſienſis obiecit, vt infra patebit. An non Epiſcopali grauitate indigna hyperbole, de ſummi Pontificis *non obſcura*, ſed manifeſta impugnatione cū damnare, cui nihil in hoc genere, vel à maximè maleuolis obijcitur, qui vt aliquid inuenirent, omnes ſyllabas aucupati ſunt? Nicolao quidem Smithæo duo obijciunt. Primum pag. 31. *Epiſcopi Regulares ſecundum plures conſiderationes erunt de Eccleſiaſtica Hierarchiâ, quàm ſæculares Epiſcopi.* Al-

terum pag. 33. *Illi Superiores Religioſi, qui officio immobiles ſunt, & perpetui, ſunt aliquomodo de Hierarchia Eccleſiaſtica, magis quàm ſæculares Epiſcopi etiam Ordinarij, etſi abſque dubio in alijs longè ſint inferiores Epiſcopis.* Hęc duo Cenſores Pariſienſes ſeu Richeriſtæ dicunt, *ſummo Pontifici aquè ac alijs Epiſcopis iniurioſa*: Ineptè. neq; tamen illi dicere ſunt auſi hæc ſummũ Pontificem *non obſcurè petere*, ſeu impugnare. Patet enim verba nihil tale expreſſè ſignificare, ſed ipſi inde illud eruunt tacitè hoc modo argutando: *Hæ propoſitiones ſunt iniurioſæ particularibus Epiſcopis: ſed eadem, ſeu aqua ratio eſt de ſummo Pontifice: Ergo*. Hoc ſatis oſtendit hæc dicta non directè impetere ſummum Pontificem, ſed cum aliò ſpectant, eò trahi argutatione Richeriſticâ, obſcurâ, à longe petitâ, violentâ, imo etiam inſulſâ. Vtraque enim propoſitio falſa eſt, & ineptiſſime falſa. Nam neque eſt eadem ratio de ſummo Pontifice, & alijs Epiſcopis, cum ille pluribus conſiderationibus ſit de Hierarchia quàm iſti, nimirũ quâ proprius Epiſcopus Diœceſis Romanæ, quâ proprius

prius Patriarcha Occidentis, quâ paſtor Eccleſiâ vniuerſalis: neque dicere aliquem eſſe pluribus conſiderationibus de Hierarchia, quàm Epiſcopi ſæculares ſint, aliquid continet Epiſcopis iniurioſum, cùm vnus titulus centum æquipollere, imo longè eminere poſſit. Qui diceret Epiſcopum qui fuerat coniugatus, eſſe pluribus Sacramentis Deo ſacratum, quàm ſint Epiſcopi non coniugati, atque adeo aliquo modo magis ſeu pluris ſacratum, hoccine eſſet Epiſcopis iniurioſum? Apage has Richeriſtarum ineptias, quas veſter Epiſtolarius dum colligit vt gemmas, & oratoriarũ Hyperbolarum magnificentiâ, tamquã auro ornat, rem facit à ſua, & multò magis à veſtra & grauitate, & dignitate alienam.

Sexta Hyperbole.

29. *Innumeris denique propoſitionibus ſcatent, quæ infelici iſti ſcopo aptiſſimè, nimiumque reſpondeant.*

Quam oratoriè, &c, ſi non Cenſura, ſed inuectiua ſcriberetur, aptiſſimè ad innocentiam denigrandam. Et hoc qui-

dem loco de Epiſtolario cogor dubitare, ſitne verbo, an opere potentior. Nam ſicut magna verbi potentia eſt, ſeu eloquentia, quæ nulla ſunt, innumerabilia dicendo facere: ita magni operis eſt, ac prorſus infiniti, quæ ſunt innumerabilia reipſa numerare. Vtrumque autem ille præſtitit. Nam cùm libris nulli prorſus errores quoad fidem inſint, ille primùm ſua grandi dictione innumerabiles inde eduxit; deinde quos innumerabiles fecerat, omnes libris diligentiſſimè excuſſis, vt ne quidem vnus ſupereſſet, collegit, & in Catalogum, numerumque coniecit. Nimirum omnia poſſibilia ſunt homini eloquenti.

§. V.

Septima Hyperbole.

30. *Et in priore quidem libello falſa, præſumptuoſa, temeraria antiquiſſimo Parochorum inſtituto contraria, Chriſtianæ plebis, ac ſimpliciorum hominum ſaluti pernicioſa leguntur innumera.*

In eadem Hyperbole perſiſtit. Nam

pauca

pauca vel nulla *ſolo verbo* multiplicat in infinita, & quæ ſunt numero infinita, vno digitulo ſtatim comprehendit, & numerat. Neque tamen ego negauerim verè *innumeras* propoſitiones in Nicolai Smithæi libro latere notâ dignas, ſimiles his quas Richeriſtæ notauerunt. Imo addo, in ipſo Symbolo Apoſtolorū innumeras eiuſdem generis contineri, quas quis facilè erueret, ſi Sorbonico ſeu potius Richeriſtico more vrinari vellet. Mos enim Richeriſticæ Cenſuræ ſic eſt, *Iſta propoſitio eſt ambigua,* & ſi vno ſenſu intelligatur eſt falſa, erronea, blaſphæma, hæretica: verbi gratia, dicit Nicolaus Smithæus, *Statum Religioſum ſecuris ad ſalutem medijs vti,* quod etiā Patres dicunt. Quid ad hoc Richeriſtici Cenſores? *Si intelligatur,* inquiunt, *eſſe propriè dicta ſecuritas in ſtatus Religioſi Profeſſione, quaſi homines in eo ſtatu deficere nequeant, eſt hoc ſenſu Hæretica.* Hac igitur Cenſuræ forma in Symbolum Apoſtolorū inquiramus, vt videant Richeriſtæ ſe mortalium omnium eſſe ineptiſſimos, qui talem Cenſuræ formam ſecuti ſunt, quâ vel ipſa fidei prima principia Cenſuræ obnoxia redduntur.

Cenſur. pag. 15.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ.

31. Hæc Propoſitio varios ſenſus habere poteſt. Imprimis latet æquiuocatio in Præpoſitione *in*, quæ ſæpe ſolet ſignificare *contra*, quo ſenſu *in Deum* credere, eſt *contra Deum* credere, & ita propoſitio eſt impia & blaſphema. 2. Verbum *Pater* ambiguè ponitur, nec dicitur reſpectu cuius ſit Pater. Quod ſi intelligatur Pater reſpectu Spiritus Sancti, eſt hæretica, vel ſi referatur ad creaturas, ita vt Deus reſpectu illarum dicatur Pater, propriè loquendo eſt falſa, temeraria, erronea. Item in conexione verborum latet ambiguitas quæ poteſt in hæreſim inducere. Nam ſi *Omnipotens* iungatur cum *Patre*, ita vt filius dicatur productus ab Omnipotentiâ Dei, eſt hęretica, & facit filium creaturam. Denique dum tacet de Angelis, nec dicit eos fuiſſe à Deo creatos, in errorem, vel in Hæreſim poteſt inducere.

Et in

Et in Ieſum Chriſtum Filium eius Vnicum Dominum noſtrum.

Hæc Propoſitio eſt ambigua. Nam, ſi Chriſtus dicatur Vnicus, ita vt non ſint alij filij adoptiui, eſt erronea, & verbo Dei contraria.

Conceptus de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine.

Hęc Propoſitio quatenus dicit Chriſtum *conceptum de Spiritu Sancto*, poteſt in hæreſim inducere. Nam Prępoſitio *de*, ſignificare ſolet cauſam materialem componentem, vt notat S. Thomas (a) ſicut homo dicitur factus de luto: & hoc ſenſu Propoſitio eſt hæretica. Item ſi ſignificat propriè fuiſſe Chriſti Patrem, & illum propriè genuiſſe, eſt falſum & erroneum. Cùm dicitur natus *ex Maria Virgine*, ſi intelligatur, quaſi fuerit Virgo ante partum, ſed per partum eſſe deſierit, Propoſitio eſt hęretica. Denique cùm dicitur *ex Maria Virgine*, ſi intelligatur quod non fuerit verè coniugata, & matrimonio iuncta,

(a) 3. *p. q.* 75. *ar. in Corp.*

DE ſignificat cauſam conſubſtantialem.

eſt erronea: Piget vlterius progredi; hęc ſatis oſtendunt ineptiam Richeriſticam, nihilque hactenus eſſe dictum, vel dici poſſe ita accuratè caſteque verum, cui non poſſit ſimili Cenſorio acumine nota infligi: ſed ad Oratorem veſtrum redeamus; iam enim ſatis oſtendi cenſoris in eo grauitatem deſiderari, cùm ita perpetuò Hyperbolizet.

Octaua Hyperbole.

Cenſur. Pariſ. pa. 29.

32. *Non pauca autem erronea, in Sacrum Epiſcoporum Ordinem contumelioſa, & qua in hoc videantur ſcripta vt inſtitutam à Chriſto Hierarchiam aut euertant funditus, aut certè perturbent.*

Oratorio more eadem repetit———
Cernitis vt variet rem prodigialiter vnam?

Nam non paucæ erroneæ, eædem ſunt, quæ prius innumæræ, falſæ, præſumptuoſæ, temerariæ dicebantur; innumeræ antiquiſſimo Parochorum inſtituto contrarię, vna eſt ſimplex Propoſitio, *Fore conſiliarios intempeſtiuos ſi qui proponerent neſciò quam Parochorum, & Parochiarum inſtitutionē hiſce*

tempo-

temporibus, innumera ſimpliciorum ſaluti pernicioſa, eædem ſunt, quæ prius Diuinum Confirmationis Sacramẽtum apertè negare, & impetere arguebantur. Denique *non pauca in Epiſcoporum Ordinem contumelioſa, & quæ Hierarchiam funditus euertant*, ſunt duæ illæ iam accuſatę de parricidio quod omniũ fidelium Patrem *non obſcurè petant*; duæ, inquam, illę quòd Regulares Epiſcopi & Regulares perpetui Prælati ſunt pluribus conſiderationibus, de Hierarchia, atque adeo aliquo ſenſu de Hierarchia magis quàm ſæculares Epiſcopi, etſi in alijs ſint longè inferiores. Quãtâ verborum pompâ res per ſe humiles attollit,

——— *Spumaque rigentis*
Erigit ingentes cumulos. ———

Nona Hyperbole.

33. *Quædam etiam deprehẽduntur, quæ Sacroſancto Dei verbo, vel Oecumenicorũ Cõciliorũ auctoritati ſunt cõtraria; imo quæ hereſim ſi non apertè exponãt legẽtiũ oculis, certè innuãt.* Epiſtolarius hîc minùs quidẽ quàm ſuperiùs, ampullatur tamẽ. Propoſitiones Sacro-

ſancto Dei verbo contrarię, quid ſunt niſi Propoſitiones quæ hæreſim, ſi non apertè exponant legentium oculis, certè innuant, nec alię, quàm quas prius appellârat erroneas? Nec illud ad veritatis amuſſim exactum, *quadam Oecumenicorum Conciliorum auctoritati cõtraria*. Quędam, inquit; quot numero & quantæ, cur non dicit? An forſan innumeræ? Aduertite Hyperbolen. Vnã Cenſura Pariſienſis propoſitionem Nicolai Smithęo obijcit, quã dicit, prout iacet, in Concilio Conſtantienſi Oecumenico damnatã: ſed falsò, neq; enim ibi reperitur ſono, vel ſenſu. Cõſiliũ Cõſtantienſe damnat Wiclefi dogma, *quod vita ſanctitas tribuat iuriſdictionem & ordinem Sacerdotalem*. Quid hoc ad Propoſitionem Nicolai Smithęi, ſtatũ vitæ ſanctioris ſufficere vt quis in Hierarchia locum & Ordinem præcipuum obtineat? Nimirum primum locum in Ordine perficiendorum quem vocat Gerſon, Hierarchiam Hierarchizatam. Igitur cùm Richeriſtæ non niſi vnam iſtiuſmodi propoſitionem Nicolao Smithæo obijciant, & illam etiam falsò & calumniosè: certè ſupra verum aſſurgit ſcrip-

ſcriptor epiſtolæ, dum numerum ſingularem, quaſi veritas illo non gauderet, mutat in pluralem nec illi pluralitati terminum præſcribit, *Quædam deprehenduntur*, inquit, *Oecumenicorum Conciliorum auctoritati contraria*. O quam decuiſſet Epiſtolæ Epiſcopalis ſcriptorem, præſertim in quâ ſententia iudiciaria aduerſus aliorum famam fertur, illud Pythagoricum rigidè obſeruaſſe, *ſtateram ne trangrediaris*, & in veritatis trutinâ ſingula verba *libraſſe*.

§. VI.

34. In Danielem â Ieſu multò acerbiſſimus eſt, ſic vt Richeriſtas longo interuallo ſuperârit; & Cenſura Illuſtriſſimi Pariſienſis præ veſtra Epiſtolari mitis videri poſſit. Vel hinc magis & magis animo meo inſedit illa perſuaſio, ſcriptorem veſtri Chori non eſſe *Loquere vt te videam*, dixit ille Philoſophus, nec fuit illorum de Petro falſa coniectatio, *Galilæus es, nam & loquela tua manifeſtum te facit*. Epiſcopi cùm ſint *Angeli Eccleſiarum*, Angelicoq; fungantur munere, ex nulla re magis quàm

Ange-

Angelico idiomate, hoc eſt, puro, caſtoque ſermone cognoſcuntur. Veſter autem Scriptor intra paucas lineolas, bis
Iud. v 18 in Danielem *Blaſphemiæ* nomen vſurpat, quod conferre, vel in Diabolum Angelicę linguæ verecũdia reformidat. Quàm verò immerito, & ſine cauſâ Danielem hoc conuitio, alijſque impetat, iam examinemus, pergamuſque hyperbolas numerare.

Hyperbole Decima.

35. *Poſterior verò libellus craſſiora habet omnia, & blaſphemat ſimpliciùs.*

In primis non ſatis intelligo, quam craſſitiẽ, vel ſimplicitatẽ Danieli obijciat. An ingenij? non opinor; nouit illud
(a) 1. Cor. 4. 7. Apoſtoli; (a) *quid habes, quod non accepiſti? ſi autem acceperis, quid gloriaris, quaſi non acceperis*, aduerſus eum,
(b) Iacob. 1. 17. qui non accepit; (b) *Omne donum deſurſum eſt à Patre Luminum*; (c) *quis*
(c) Iob. 38. 36. *dedit Gallo intelligentiam?* An ſtyli, quod illius ſententiæ ſimplices ſint, & apertæ, nec vllo verborum fuco, vel ambiguitate velatę? At hęc ſimplicitas, nõ vituperij, ſed laudis eſt, & ſemper apud incorruptos ſtyli Iudices *digna fauore*

fuit

fuit. Summa enim ſtyli gratia, perſpicuitas. An ſimplicitatem obijcit Ignorantię, & craſſam in rebus Theologicis, cæcitatem? Nihil aliud dico, quàm valdè dolendum; tot Galliæ Epiſcopos à ſuis gregibus, à ſuis ſponſis, tamdiu abfuiſſe, & in libro ſtupido, & craſſo diſcutiendo non ſolùm bonas horas, ſed & dies & hebdomadas perdidiſſe. An nemo fuit, qui eos Prouerbij admoneret, *Tu Curru vtere de Aſinis ne labora!*

Craſſiora habet omnia, & blaſphemat ſimplicius. Eleganter, vrbanè, nitidè, ſic, vt in hoc dicto ipſa *Lutetia* redolere videatur: ſed fidei Catholicæ Cenſori non verborum ſed rerum; non nitidæ dictionis, ſed puræ veritatis ratio habenda. Nam qui ſermonem ab aliorum iniurijs intra ęqui, verique cancellos non *refrænat, huius vana eſt Religio.* Iam videte quàm amplè, & ſine vllo reſtrictionis fręno dicatur, *craſſiora habet omnia.* Si diceret nonnulla craſſiora, poſſet credi; ſi pleraq; craſſiora, tolerari; ſed craſſiora omnia, pace ipſius dixerim, videat an non nimis hac craſſum!

Vnde-

Vndecima Hyperbole.

36. *Eadem penitus in eo peccantur, quæ in ſuperiore reprehendimus.*

Si quis propoſitiones ex vtroq; libello collectas, epiſtolæ annexas inter ſe comparauerit, ſtatim videbit Cenſuram totâ via à vero aberrare. Nulla enim Propoſitio vnius & alterius libri ijſdem verbis concepta eſt; quæ verò eiuſdem ſint ſententię, ſupra quatuor, vix inuenies. Quomodo igitur ijdem prorſus errores, eadem penitus peccata, ſed craſſiora omnia? Nihil quidem in Nicolai Smithęi libello peccatur, nihil ibi continetur, quod, non dicam craſſi erroris, ſed, vel leuis errati labe maculetur: tamen multa illius libri, quę horum iudicio, tamquam craſſa in fidem peccata damnantur, in Danielis libro non habentur. vbi enim in Danielis libro illa propoſitio, quam dicunt, prout in terminis iacet, in Concilio Oecumenico Conſtantienſi proſcriptam? Vbi illa, quæ ſic pleroſque Epiſcopos exacerbauit, *Regulares Epiſcopos ſecundum plures conſiderationes de Hierarchia*

eſſe

eſſe, quàm ſæculares Epiſcopos? Vel etiã illa, *Regulares Prælatos perpetuos eſſe aliquo modo magis de Hierarchia, quàm Epiſcopos Ordinarios?* Poſſem multò plura, quæ horum iudicio in libro Diſcuſſionis peccantur, quorum in Apologiâ nullum veſtigium; vt dicere, *eadem penitus in hoc poſteriore libro peccari, quæ in priore reprehenderant*, nõ ſit exactæ cenſura veritatis, ſed exorbitans & nimiùm quàm Hyperbolica inuectiua.

Duodecima Hyperbole.

37. *Propoſitiones eius longè plurimas, periculoſas, ſeditioſas, impias & quæ in anarchiam atque ordinis confuſionem maximè propendeant, vel fautor Authoris, atque amicus dixerit, ſi modo honoris Chriſti, ac Catholicæ veritatis fuerit ſtudioſus.*

At multę Religioſorum Centuriæ, vel in Britaniâ, vel in Hyberniâ qui librum Anglicè ſcriptũ legunt, & intelligunt, illũ probant, & laudãt, conſtãterq; defendunt nihil in eo contineri, quod vel falſi notam mereatur. Quid igitur? an dicet hos omnes, nec honoris Chri-

ſti, nec veritatis Catholicæ eſſe ſtudioſos? Abſit à tot ſanctis Galliæ Epiſcopis, iſtiuſmodi præceps exiſtimatio, non ſolùm à ſanctimonia Chriſtianæ legis, ſed etiam à candore Gallicæ genti innato aliena. Quis enim, qui rem æquâ lance perpendit, non fateatur multò facilius, & procliuius eſſe, nonnullos Galliæ Epiſcopos à verâ intelligentiâ libri Anglicani idiotiſmorũ linguæ ignorantione aberraſſe; quàm tot Centurias Religioſorũ non eſſe honoris Chriſti, & Catholicæ veritatis ſtudioſas; pro quâ aſſerendâ, & propagandâ vitam quotidie periculis exponunt, nonnulli vincula patiuntur, & in horas mori parati ſunt. Igitur vos ipſi pro veſtrâ moderatione opinor fatebimini, valde à grauitate cenſoris Eccleſiaſtici, vel æquitate abhorrere, quod dicit Scriptor, amicos & fautores Authoris, omnes quotquot non dicunt in eâ propoſitiones periculoſas, ſeditioſas, impias, in anarchiam *quàm maximè* propendentes, contineri numero *longè plurimas*, non eſſe veritatis Catholicę ſtudioſos. O quantò veriùs, quantóq; ſapientiùs tres illos Britannos, qui libros detule-

detulerunt, *peſtilentiſque* dixerunt *doctrinæ eſſe pleniſſimos*, à charitate Chriſti alienos, & felle amaritudinis plenos pronuntiaſſetis! meliùs certè veſtræ quieti, dignitati, honori, conſcientiæ conſuluiſſetis.

Decimatertia Hyperbole.

38. *Eius propoſitiones longè plurimæ ſeditioſæ.*

Facilè eſt animaduertere omnes Pariſienſis Cenſuræ in librum Danielis notas in veſtram Epiſtolam velut in Epitomen conferri: ſed ſicut in Olympiæ porticu eadem vox ſepties reddebatur, & propterea teſte Plinio Heptaphônos appellabatur; ita veſter ſcriptor ignominioſę Cenſurę notas à Richeriſtis decantatas, ita numero multiplicatas reddit, vt meritò ſaltem Heptaphônos dici poſſit. Pariſienſis Cenſura vni propoſitioni (a) notam *ſeditioſæ* impegerat, quam vocem & contumeliam epiſtolarius reddit, & reſonat, *longè plurimas ſeditioſas*. An vna ſimplex propoſitio *lōgè plurimæ*? An non hęc hyperbole lōgè duriſſima? De propoſitione vero quę notatur

(a) *Cenſura pag.* 49.

tur vt *ſeditioſa*, licèt in *Spongia* nuper editâ aduerſus Cēſurā Facultatis Theologicæ Pariſienſis ſatis ſit dictum; tamen addo notam ſeditioſę illi non ſolum malitioſè & falsò, ſed etiam *ineptiſſimè* inuri. Seditioſa enim doctrina continet errorem practicum, de re quæ geri poteſt, & quam geri procliue eſt. Quæ verò ſpeculatiuè tantum erronea eſt in caſu imaginario, qui nec in rebus ſit, nec fuerit, nec eſſe poſſit, ineptiſſimè *ſeditioſa* dicitur. Talis verò eſt propoſitio, cui Richeriſtæ notam *ſeditioſa* inuſſerunt. Eſt enim iſta: *Imò ponamus ordinationem miniſtrorum Eccleſiæ non eſſe neceſſariam in Eccleſia, ſequitur ſtatim non eſſe neceſſarium, vt Eccleſia vniuerſalis gubernetur ab Epiſcopis, qui ſuperiores ſunt Sacerdotibus*. Manifeſtè patet hanc propoſitionem circa rem non practicè agendam, ſed merè ſpeculatiuè, imaginariè, chymericeque conceptam verſari.

Decimaquarta Hyperbole.

39. *Ad hæc non paucæ leguntur ſchiſmatica, blaſphema, in Sacramentū Confirma-*

firmationis contumelioſiſſima, ac Summi Pontificis ſupremi ſecundum Chriſtum fideliũ Patris authoritatem conuellentes.

Singulas huius Cenſuræ partes diſcutiamus: quot ſententiæ, tot Hyperbolæ, vt meritò illi Ambroſianum præceptum in memoriam reuocemus: *Alliga ſermonem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat, & multiloquio & peccata ſibi colligat: ſit reſtrictior, & ripis ſuis coerceatur; citò lutum colligit omnis exundans. Non pauca leguntur ſchiſmatica*, hoc eſt, multæ ſchiſmaticæ: quàm multæ? Ipſi Richeriſtæ ex propoſitionibus Danielis, vnam tantum ſchiſmaticę nomine indigitarunt. Non iam quæro, quàm verè. Certè Daniel Authores illius propoſitionis citauit in Apologia Sanctum Thomam, Durandum, Innocentium, Abbatem, Syluestrum, Tabienam, Angelum, Roſellam, Thomam Zanchez, denique Suarez, licèt eam non ſequatur, tamen probabilem iudicat. Neque Richeriſtæ negarunt hos Authores ita ſentire, tamen propoſitionem proſcribunt, vt ſchiſmaticam, & hæreticam. Scilicet Richeriſtę Theologorum omnium gentium, temporum ſunt reges, & ———

Ambroſ. lib. 1. de offic. c. 3.

Cenſura pag. 54.

Quidquid delirant Reges plectuntur Achiui,

Sed hac de re iam non ago, ſed tantùm vt intelligatur veſtra epiſtola, quam ſit Cenſurę Richeriſticæ facunda & fœcunda eccho, quod Richeriſticæ dixerunt, vna propoſitio ſchiſmatica, ille reddit, *non pauca leguntur ſchiſmatica.*

Decimaquinta Hyperbole.

40. *Non pauca leguntur blaſphema.* Hæc accuſatio omnium grauiſſima eſt, in qua ſi veſter Epiſtolarius hyperbolizet, magnâ vos contumeliâ afficit. nam conuicium blaſphemiæ ita eſt fœdum, vt illud Michael Archangelus neque quidem in diabolum vſurpare voluerit: *cum diabolo diſputans*, inquit Scriptura, *non eſt auſus iudicium inferre blaſphemia*: Quomodo igitur eâ voce Epiſcopi, qui ſunt Angeli Eccleſiarum, vtantur, niſi in propoſitiones quę ſunt clarè, inſigniter, & pluſquam diabolicè impiæ? nonne *pauca*, inquit, *blaſphema*?

Iud. verſ. 12.

Huic accuſationi Pariſienſis Cenſura numerum ſuppeditat. Nam placuit ipſis pro ſua modeſtiâ propoſitiones duas ex

Apologiæ libro blaſphemię notâ inſignire, ſed an duę ſint *non paucæ*, vobis iudicandum relinquo, certè ſi duo non pauci, quis numerus ſit paucorum, ego prorſus ignoro, Iam videtis veſtrum Scriptorem in numero abundare; ſed diſpiciamus, an non etiam in merito erret,& quæ ſint blaſphemiæ quæ Danieli obijciuntur, videamus. Prima eſt pag. 44. & 45. *Patet, quod confidentia de virtute Confirmationis importare poſſit magnum periculum animabus.* Hæccine blaſphema & heretica, ad aures Chriſtianas docti, indocti, Theologi, Ruſtici, Veterani, Cathecumeni appello. Quid enim? confidentia in virtute Confirmationis an non eſſe poteſt nimia, & præſumptuoſa? ſi nimia ſit & præſumptuoſa, aliaque negligit præſidia conſtantiæ, an non magnum periculum animabus importat? Quid, quod ipſe ſpiritus ſanctus, hanc propoſitionem velut piam ſalutaremque monitionem mortalibus inculcat, Prouerb. 14. num. 16. *Sapiens timet & declinat à malo; ſtultus autem tranſilit, & confidit;* ſcilicet confidit *de benignitate diuina conſequi veniam,* inquit Gloſſa in illum locum. Auditne

noſter Ariſtarchus cõfidentiam de Dei benignitate & virtute nimiam eſſe poſſe, & magnum periculum imo perniciem æternam importare animabus, hocque in Scriptura tradi ? & hanc propoſitionem, *Confidentia de virtute Confirmationis poteſt magnum importare periculum animabus*, audet dicere blaſphemam? Addo S. Thomam 2. 2. q. 21. a. 1. cui titulus, *vtrum præſumptio innitatur Deo, an propriæ virtuti*, ibi Sanctus Doctor contendit præſumptionem *non inniti propriæ virtuti ſed verè ſperare, confidere, inhærere, inniti in diuinâ virtute, & miſericordia*, peccatumque in eo conſiſtere, quod *per immoderantiam* innitatur. Quo loco propoſitionem Danielis habet in terminis, niſi quod loco confidentiæ vtatur vocabulo *ſpei*. *Spes* inquit, *qua aliquis inhæret diuinæ potentiæ, poteſt per immoderantiam eſſe præſumptio, in hoc, quod aliquis tendit in aliquod bonum, vt poſſibile per virtutem diuinam & miſericordiam, quod poſſibile non eſt*. Ita S. Thomas. Videte Illuſtriſſimi Domini, quantam dedecoris notam veſtro nomini veſter Epiſtolarius inurat, dum veſtro nomine, tam pium,
tam

tam notum Chriſtianæ doctrinæ dogma blaſphemiæ ſtigmate inurit.

41. Altera Propoſitio, cui blaſphemiæ notam Pariſienſes imprimunt, eſt iſta, *ſub pæna peccati, & damnationis obligari ad actiones perficiendas, quæ moraliter loquendo non ſunt poſſibiles, non tam eſt perfecto quàm miſero ſtatu eſſe*. Quid hoc verius verbo? Vbi blaſphemia? *Innuit* (inquiunt Pariſienſes) *actiones ad quas tenentur Epiſcopi ſub pæna peccati, & damnationis, non eſſe poſſibiles, quod eſt diuinam bonitatem blaſphemare*, minimè verò innuit actiones ad quas Epiſcopi obligantur, non eſſe in ſe poſſibiles, vel non eſſe poſſibiles illis, quos Deus ad illam dignitatem vocat: tantùm innuit eſſe in ſe altas, & difficiles; ideoque debilibus, indoctis, vitiorum conſuetudine tabidis ſæpè moraliter impoſſibiles, vt ſaluari vix poſſint, niſi ſtatum illum fugiendo, vel ſi ſuſceperint deponendo. Neque hoc eſt Diuinam bonitatem blaſphemare, ſed hominum inſaniam ſugillare, qui quærunt dignitatum oneribus premi, quorum pondere, cùm ferendo non ſint, in Tartara deprimuntur.

Cenſura Pariſ. p. 59.

Decimaſexta Hyperbole.

42 *Non pauca in Sacramentum Cõfirmationis contumelioſiſſima.* Hoc ſtigmate, *contumelioſiſſima in Confirmationis Sacramentum*, duas Propoſitiones Apologiæ Cenſura Pariſienſis notat. Videte quàm fœcundum ſit veſtri Epiſtolarij ingenium, in quo Richeriſticę maledicentię grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur; *Duaque* tantum, creſcunt in non paucas. Prima eſt de qua iam dictum, *Patet quod confidentia in Confirmationis virtute importare poſſit magnum periculum animabus.* hanc Richeriſtæ Sacramento, & Prouidentiæ Chriſti maximè contumelioſam, hoc eſt, contumelioſiſſimam vocant: ſed de ea iam ſatis. Altera Propoſitio eſt hæc; *Omnes Theologi dicunt Cõfirmationem vel non eſſe in præcepto, vel non præcipi niſi cum commodè haberi poteſt, vel, vt alij dicunt, commodiſſimè.* Hanc dicunt, *in maximum Sacramenti Confirmationis contemptum maligno animo propoſitam*, quam veſter Scriptor vno verbo dixit contumelioſiſſimam. Vos Iudices ſitis, quàm

Cenſura pag. 46.

Digitized by Google

quàm immeritò. Nam non negant verum eſſe, quod Author dixit omnes Theologos ita ſentire, non dicunt ipſum Theologis imponere, ſed tacitè concedendo Propoſitionem eſſe omnium Catholicorum Theologorum, tamen dicunt continere maximum Sacramenti Confirmationis contemptum. Quanta vecordia! hanc eorum Cenſuram qui probat,

——— *Labeóne inſanior inter*
Sanos dicatur. ———

Sed de hac ſatis in Spongia; quod ſi illa non ſufficiunt, plura dicentur.

Decimaſeptima Hyperbole.

43. *Non pauca ſummi ipſius Pontificis, ſupremi, ſecundum Chriſtum, fidelium Patris authoritatem conuellentes.*

Quis Cenſuram hanc in Danielem fulminari audiens, non expectet dogma aliquod maximè impium, & flagitioſum contra ſummi Pontificis poteſtatem, ſi non aduerſus eum probari, ſaltem obijci? *Summi*, inquit, *ipſius ſecundum Chriſtum fidelium Patris poteſtatem cõuellit*. Quid horridius in Lutherum

vel

vel in Caluinum dici potuiſſet? Quid fecit Daniel? quã machinã adhibuit Pontificiæ Poteſtati, hoc eſt, Eccleſię fundamento conuellendo? parturiunt montes: quis partus, videte. Daniel dicit, Plebem Chriſtianam Sede vacante ſatis eſſe ſuo Epiſcopo adunatam, vt grex Chriſti eſſe poſſit, & ſaluari, ſi ſit parato animo, vt eum admittat, cùm fuerit ad eam legitimè miſſus. An hæc parricidialis propoſitio, quæ ſupremi fidelium omnium Patris poteſtatem inuadat, & conficiat? In hæreſim (inquiunt Pariſienſes) inducit, quia omittit obligationem, quam Vniuerſalis Eccleſia habet, ſibi de capite quantocius prouidendi. Ingens crimen: hoc illud eſt poteſtatem ſupremi poſt Chriſtum fidelium Patris conuellere! Cauillatio eſt ſpecie quidẽ arguta, reipſâ inepta: loquitur enim Author expreſſè *de plebe Chriſtiana*, cui ſufficit ad ſalutem illa animi pręparatio Pontificem acceptandi, quamprimùm fuerit legitimè electus. Nam obligatio ſibi de capite quantòciùs prouidendi, non plebi, ſed Clero incumbit. Sed eſto, hoc ex obliuione omiſerit, & ſit culpanda omiſſio; An hoc eſt *Petri ſucceſſorem, illius Cathedram*

Cenſura pag. 45.

thedram

thedram non obſcurè petere? Ipſius ſummi ſecundum Chriſtum fidelium patris authoritatem conuellere? nihilne credit intereſſe inter feſtucam, & trabem;inter næuum & tuber; atomum & montem; murem & Elephantem? an ignorat illud Poetæ ——— *aſſit*
Regula peccatis, quæ leges irroget æquas,
Nec ſcuticâ dignum horribili inſectêre flagello?

Hyperbole Decimaoctaua.

44. *Nonnullas eſt animaduertere, quæ verbo Dei abutantur, idque in impios ſenſus detorqueant.* Quis non hic expectet hoc in genere plura & grandia? At vnum tantum hocque tenuiſſimum objicitur, quod ſcilicet dicat in textu S. Pauli 1. Cor. 12. 28. *Opitulationum* nomine Regulares intelligi. Inprimis, reuerâ non eſt hæc expoſitio Danielis, ſed Doctoris Kelliſoni, ex quâ diſputat Daniel ad hominem. Sic enim dicit; Sanctus Paulus præponit *Opitulationes Gubernationibus, ſed Opitulationes ſunt Regulares, Gubernationes Sacerdotes ſæculares. Hoc qui probari poteſt? Quis ita expo-* *Cenſura pag. 52.* *Apologiæ ca. 5. n. 8.*

exponit? Dominus ipſe Doctor. Hæc Author. Quæ vltima verba Epiſcopalis catalogus propoſitionum tranſilit, & D. Kelliſoni expoſitionem, quam damnat velut impiam, Danieli imponit. Sed ſit Danielis: an impia & detorta quę eſt S. Thomæ, & Sancti Bonauenturæ? *Fratres*, inquit, *qui miſſi prædicant mendicando. ſunt Opitulationes, dicente Paulo* 1. Cor. 12. ver. 28. primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas &c. Opitulationes. Videat, an expoſitionem, quam Doctores Catholici Sancti; Angelici, Seraphici tradunt dicere impiam, non ſit pæne blaſphemum. Deniquе cùm nullus locus Scripturę obijciatur Danieli pręter hunc vnum, an non magna hyperbole & multum iniurioſa, contra eum etiam in plurali exclamare quod non vnam tantùm, ſed *nonnullas propoſitiones habeat quæ verbo Dei abutantur*, *idque ad impios ſenſus detorqueant?* Et Archiepiſcopus Pariſienſis paulò mitiùs, tamen pluraliter, hyperbolicè, ſeuerè, nec verè: *habet*, inquit, *verbi Dei abuſiua à S. Pauli ſenſu aliena*. Ego prorſus mihi perſuadeo Reuerendiſſimos Dominos, vel non aduertiſſe quàm hyperbolicè loquerentur,

Apologia Pauperũ.

rentur,

rentur, vel certè libro non diligenter excuſſo, maleuolis de libro horrenda iactantibus leuiter credidiſſe. Nimirum, *nemo ſapit omnibus horis*, & vt ait Gregorius Nazianzenus orat. in Baſilium, *viros etiam præſtantiſſimos nonnumquã Momus exagitat*.

Decimanona Hyperbole:

45. *Imò nonnullas eſt animaduertere, quæ apertè (quod non ſine gemitu referimus) ſunt hæreticæ.*

Hæc eſt vltima Cenſuræ particula, quę cęteras hyperbolica ſeueritate vincit. Huius enim Cenſuræ acerbitatem in Danielem neque quidem Richeriſtæ vel ſemel vſurparunt, ita eam videbant à veritate alienam. Ipſi, inquam, Richeriſtæ nulli propoſitioni ex Danielis libro notam *apertè hæreticæ* impegerunt: quod certè non omiſiſſent facere ſi illius faciendi vel leuiſſimam cauſam Daniel præbuiſſet. Vna propoſitio Nicolai Smithei vmbratilem quamdam ſimilitudine habere videtur cum propoſitione damnata in terminis à Concilio Conſtantienſi: Hoc Richeriſtę non prætermittunt,

mittunt, ſed notam illi apertè hæreticæ ſtatim inurunt, vel quod perinde eſt, dicunt, *hæc propoſitio, vt iacet, eſt hæretica, damnata in Concilio Conſtantienſi.* Certè Danieli non pepercilſent, ſi quid inueniſſent, quod propoſitionis *apertè hæreticæ, ſeu in terminis & vt iacet,* damnatæ ſimilitudinem vel tenuem haberet. Quod cùm non fecerint, cur ſaltem Epiſtolarius Cenſor non nominat Concilia Generalia approbata, vel vnum ſaltem Concilium in quo propoſitiones aliquot Danielis in terminis, & vt iacent damnatæ reperiuntur? Hoc facere cùm non poſſit, & tamen Danielem de propoſitionibus apertè hæreticis clamosè damnet, quod in Nicolaum Smithæum non fecit; ſatis demonſtrat, ſe non pro cauſæ merito, ſed priuato aliquo occultoque dolore in Danielem tam infeſtè incurrere.

Cenſura Pari. p. 34.

Vigeſima Hyperbole.

46. His nouemdecim Hyperbolis vigeſima poteſt addi, in eo fundata, quòd dicit, *non ſine gemitu referimus*. Hoc enim oratoriè & hyperbolicè dici meritò

ritò credi poteſt. Quomodo enim credetur ea vero cum gemitu & doloris ſenſu referre, in quibus recenſendis hyperbolico tripudio perpetua leuitate exultat? Quique Cenſuram quæ matronali grauitate venerabilis apparere debet, oratoriarum figurarum pigmentis ad ornatum fucat & fingit. ———

Non eſt conueniens luctibus ille dolor.

Numquam de Daniele tam dura ita facilè pro calumniantium arbitrio crediſſet, niſi calumniȩ in fidem incidiſſent pronam, & terra de regularibus credere geſtientem. Quorum oculi fumo opplentur, lachrimas quidem ſed dolore vacuas, fundunt; tales ſunt lachrimæ quas à veſtri ſcriptoris oculis calumniantium fumus elicuit, vt dicere de ſe poſſit,

Sunt mihi, ſunt lachrimæ, ſed non eſt cauſa doloris.

47. Deo quidem tenebrarum abſcondita relinquenda ſunt, tamen vereri poſſumus ne contingat in hac Cenſura quod ſcribit Ambroſius, *Potentes cùm calumniati nocuerint dolere ſe ſimulãt, verbis non affectibus mœſti, triſtes non corde ſed vultu.* Sic Achab, vbi de *Naboth Iezraelitæ*; quem cupiebat occidi, morte

Ambroſ. l. de Naboth c. 1.

morte audiſſet, gemere cœpit, *diſcidit*
3. Reg. 21. 20. *veſtimenta ſua, cilicioque ſe induit.* Nimirum vt dixit ille Hiſtoricus ſæpe fit, *vt nulli ambitioſiùs extinctos lugeant, quàm qui maximè lætantur*, Vtinam non ſint nonnulli ſic erga Religioſos animo comparati, vt ab ipſis tetra fieri, apertè hæretica, ac blaſphema dici magnopere cupiant, quo populis exoſi reddantur, tantum abeſt vt ea cum gemitu vel referant, vel audiant. Hic apponam Reuerendiſſimi D. Epiſcopi Bellicenſis verba ex Apologetico quod ſuperiore anno pro Religioſis ſcripſit, reſpondens enim illorum querimoniæ, qui moleſtè ferunt, tantum populi fieri ad Religioſorum templa concurſum, *Quid vultis*, inquit, *Religioſi vt faciant? an vt ſua templa deforment ne populo placeant? an vt populum accurrentem vi repellant? an vt fœdum facinus aliquod & ſcandali plenum admittant, cuius horrore populi perculſi, ad eos confluere deſinant? fieri poteſt vt hoc nonnulli reuerà cupiant, tamen corde premitur, ore non dicitur, eſt enim votum turpitudinis verecundiaque pleniſſimum, ſi prodatur; & deſiderium impiorum peribit.* Hæc ille, ſed Deo relinqua-

Voyageur incognu ou hiſtoire Apologetique pour les Religieux pag. 291.

linquamus conſilia cordium, ille nouit qui verè intimè iuſtèque gemant, & quorum potentia opprimantur, quique prępoſitorum domi ſuę *domeſticos percutiant*. *Ille gemitus pauperum & cõpeditorum exaudiet, & gementium frontibus* Tau *ſalutis inſcribet*, quo nigrum calumniæ *Theta* deleatur.

48. Iam penſum expleui, ſingulis veſtrę Epiſtolæ ſententijs particulatim expenſis demonſtraui nullam in ea ſententiolam reperiri, quę ſit rigidè exactèq; vera; nullam, quam non eſſe manifeſtò falſam quiuis fateatur, niſi à figura hyperboles excuſationem accipiat. A verbis quę contumeliam continent abſtinui, & quantum res patiebatur, ſtylum pro mea in veſtrum ordinem reuerentiâ temperaui. Si tamen vobis liberiùs veſtrum Scriptorem notaſſe videar, S. Hieronymi ſe, de confutatâ Ioannis Epiſcopi Hieroſolymitani epiſtolâ, excuſantis verbis vtar: *Quaſo ignoſcite dolori meo; nam ſi ſuperbum eſt reſpondiſſe, multò ſit ſuperbiùs accuſaſſe.*

§. VII.

49. Reſtat vltima pars Epiſtolæ, quâ Scriptor ſic perorat : *Atque hæc Patres Reuerẽdiſſimi, à nobis fuerunt animaduerſa, id cogitantibus, quo facti noſtri rationem ipſe Dei ſpiritus videtur reddere,* ſuper muros tuos Hieruſalem cõſtitui cuſtodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Ab ijs enim quidem certè cuſtodibus abſunt quàm longiſſimè*, canes muti non valentes latrare, *atque hoſte in domum Dei irrumpente, dormientes*.

In qua peroratione duo ſunt, quæ quoniam prudentiæ meæ captum longè ſuperant, non poſſum non multùm admirari. Vnum eſt, quod inſinuatur Epiſcopos qui non latrant in hos libellos, eſſe canes mutos; qui non eos damnant dormire; qui non procul à ſua Diœceſi arcent, eſſe in murorum Hieruſalem cuſtodiâ negligentes. Nam ſtatim mirum quid inde conſequitur, imò quòd monſtri inſtar eſſe debeat, nempè reliquos per orbem Epiſcopos omnes *dormitare, canes mutos* eſſe, ſui muneris imme-

immemores, ſuæ curę commiſſi gregis incurioſos. Dormit cum cæteris Epiſcopus Epiſcoporum, Paſtorum Paſtor, Seruus Seruorum Dei, Petri ſucceſſor, clamoribus à ſomno excitandus. Ex his enim libris aliter Romæ legitur, nec in illum latratur; quòd ſi in hunc librū non latrare, dormire ſit, iam Roma obdormijt. Quid igitur? An perijt illa antiqua Romanæ ſedis gloria zelo in hæreſim cæteras præuenire, vt iam canere nobis cum Proſpero non liceat?

——*Peſtem ſubeuntem prima recidit*
Sedes Roma Petri, qua Paſtoralis honore
Facta caput mundo.——

An hæc laus iam Pariſios migrauit? an euanuit illud Romæ Elogium à Sancto Cypriano vſurpatum; *Eccleſia principalis, ad quam perfidia habere non poteſt acceſſum?* An iam verum erit, quòd velut ἀδύνατον, olim (a) Tertullianus aſſumpſit, *Neglexerit officium ſuum villicus Dei, Chriſti Vicarius, ſinens Eccleſias aliter intelligere & credere?* Scilicet, fides, Eccleſia, Sacramenta, Epiſcoporum dignitas, Curatorum officium, deniquequâ nihil ſub cælo auguſtius,

(a) *Præſcr. aduerſ. hæreſ. cap.* 20.

guſtius, Hierarchia funditur euerſa perijſſent, niſi Epiſcopum Pariſienſem cęteris dormientibus vindicem inueniſſet: qui tamquam alter Cocles tot irrumpentium hæreſum impetus ſolus aliquamdiu ſuſtinuit.

——Vbi nunc lex Iulia? dormis?
Atque ea ſubridens, felicia ſacula, quæ te
Moribus opponunt, habeat iam Roma
pudorem.

50. Sed ignoſcant nobis Sapientiſſimi Gallię Præſules, ſi potiùs cogitemus, ipſos nimiùm eſſe cautos, quàm reliquos omnes ſupinè negligentes: ipſos à maleuolo librorum Interprete cõcitatos perſequi Catholicos ſuos, reuerâ amicos, filios, veneratores, quàm reliquam Eccleſiam Dei notos hoſtes, *apertas hæreſes*, in Sacramentum Confirmationis contumelioſiſſimas blaſphemias, impetu irrumpentes. dum non obſiſtũt, admittere. Nihilominus cùm nimia cautela non noceat, laudabitur hic illorum pietatis zelus, qui nebulam vel leuiſſimam hæreticæ doctrinæ ſtatim exhorruerunt, extabitque hoc ad poſteritatis memoriam, Gallicæ aduerſus hæreſim promptitudinis perpetuum monu-

monumentum. Narrat Paulus Iouius hiſtoriarum ſuarum lib. 37. quidpiam ad hoc propoſitum accomodatum contigiſſe Villa-francæ, (qui portus Subaudię) cùm Carolus Quintus Cæſar ibi cùm Paulo tertio Pontifice Maximo congreſſum haberet. Medio die ſereno cælo repentè nebula à portu aliquot in mare milliaribus, conſpici attollereque ſe in altum & latè ſpargere. Continuò metus ſubijcit adeſſe Barbaroſſam cum Turcarum claſſe, arma corripiunt, nec ſat rationis in armis: per plateas à Ducibus, à Centurioribus trepidè diſcurritur; conuocantur Claſſiarij, deſcenditur in portum, claſſi miles imponitur: Marchio Vaſthi Princeps legionum Summum Pontificem & Cæſarem monet, & orat ſe ociùs periculo ſubducāt. Tandem cum exeundum eſſet, aduertunt nebulam nihil ſe promouiſſe, nec portui accedere; itaque hęrent, emiſſoque ſpeculatore comperiunt in Inſula aduersâ quæ non procul aberat, à ruſtico tritici aceruos cribante & ventilante excitato denſo varijs ventilationibus puluere nebulam in ſimilitudinem multarum triremium eſſe commotam; ita-

que terror Panicus in riſum abijt. Ita prorſus; quod Galliæ Epiſcopi vigilantiſſimi fidei Catholicæ cuſtodes, metuunt velut irrumpentium hęreſum claſſem, puluis eſt in aduerſâ Galliæ inſulâ ex diſcordia inter Reuerendiſſimũ Chalcedonenſem & Regulares Angliæ ortus, quâ ſimul, & perſecutione ventilat fideles ſuos Chriſtus, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant. Nihil hîc hoſtile, nihil hæreticum, nihil blaſphemum, aliquid fortaſſis (vt homines ſumus) nebuloſiùs & obſcuriùs dictum, vel per ſe quidem ſatis clarũ, ſed quod in aduerſum obſcurumque ſenſum maleuolentia abripit. Nebula eſt, quæ propediem euaneſcet ex ſeſe, quam cùm voluerit Chriſti Vicarius, ſtatim vno momento, vno flatu, vno mandato, vno declarationis ſuæ radio diſſipabit, paceque compoſitâ, Galliæ Epiſcoporum de tot hæreſibus irrumpentibus ſanctæ charitatis gemitus mutabitur in riſum.

(a) Epiſcoporum Galliæ ſilentium de libris D. Kelliſoni & aliorum.

51. Interim (a) alterum eſt, quod in hac peroratione non ſatis capio, quòd latrent in Regulares tantùm, in Doctoris Kelliſoni & ſæcularium libros prorſus nihil. Nam ſi vero zelo vigilant, cur non

non in omnes ęquè, ac in Regularium libros? An, vt ille dicebat, non omnibus dormio, ita iſti ex ſpeculâ Paſtorali, in qua poſuit eos Chriſtus, non aduerſus omnes Eccleſię hoſtes vigilant? Abſit. Sed dicent, in illis libris omnia eſſe ſancta, & orthodoxa, nihil quod Cenſuram mereatur. Nolo ego talium librorum eſſe accuſatrix, neque ſi vellem, veſtrum iudicium appellarem; tamen audacter dico notâ triſti digniora reperiri, quàm quæ vos in Regularium libros damnanda cenſuiſtis, præſertim has duodecim Propoſitiones.

Prima eſt; Pontifex diuinâ lege nō tenetur magis conſtituere Epiſcopos in Gallia vel Hiſpania, quàm in Anglia. *Hierarch. cap.* 14. *num.* 4. Hæc Propoſitio maculam vel ſummo Pontifici, vel Galliarum Epiſcopis inurit. Nam cùm Pontifex ſexaginta iam ab annis nullum in Anglia Epiſcopum conſtituerit, neque iam niſi Titularem ponat; ſi Gallia non magis requirat Epiſcopos, quàm Anglia; ſequitur, vel ſummum Pontificem non conſtituendo in Anglia Epiſcopos, violare diuinam legem, vel

poſſe ſine diuinæ legis violatione nullos in Gallijs, pręſertim proprios Epiſcopos conſtituere.

2. Sæculares Sacerdotes ſunt diuina inſtitutione Gubernatores Eccleſiæ. *Hierarch. Dedicat. n.* 12. quod dicitur de Sacerdotibus Angliæ qui non habent curam animarum.

3. Non me ædificat, quod dicit Clerum, à quo regitur populus, non debere eſſe iure diuino ſæcularem. *Replica in Diſcuſſ pag.* 281.282. *q.* 7. *n.* 3.

4. Epiſcopi, & Presbyteri habent authoritatem & ius diuinæ inſtitutionis, vt prędicent Gentilibus & fidem propagent, cum dependentia tamen à ſupremo Paſtore: Regulares poſtea ad hoc munus admiſſi fuerunt, & miſſi ad prædicandum Gentibus, ſed hoc non pertinet ad ipſos iure ordinario, ſed ex priuilegio & extraordinariè. *Hierarch. cap.* 9. *num.* 13.

5. Diuina inſtitutione Epiſcopi ac Sacerdotes debent gubernare Hierar-

chiam

chiam Eccleſiæ, & initiò ſoli prędicabant Euangelium, conuertebant nationes, & inter conuerſas *conſtituebant Epiſcopos* & Sacerdotes, qui gubernarent & *adminiſtrarẽt Sacramẽta Hierarch. cap. 9. num. 4. p. 245.*

6. Plebs quę caret Epiſcopo proprio non eſt Eccleſia, ſed grex ſine Paſtore, corpus ſine capite, & tales erant Angli Catholici ante aduentum Epiſcopi Chalcedonenſis. *Hierarch. Dedicat. num. 18. & cap. 14. n. 5.*

7. Sicut homo eſt corpus & anima vnita, ita Eccleſia eſt plebs Epiſcopo adunata; & ſicut non poteſt homo exiſtere, niſi anima poſitiuè vniatur corpori, ita plebs non poteſt eſſe Eccleſia, niſi Epiſcopum habeat, & ei poſitiuè vniatur. *Inquiſit. pag. 31. 32.*

8. Confirmationis Sacramentum eſt medium neceſſarium ad ſalutẽ, hocque eſt ab Eccleſia definitum. *Inquiſit. pag. 9. 10. 11. 12.*

9. Omittere Confirmationis Sacra-

mentum, quo tempore poteſt quilibet ſibi metuere à ſua infirmitate eſt peccatum mortale. *Replica pag.* 125. *q.* 4. *n.* 39.

10. Gratiam ſufficientem ſine Confirmationis Sacramento poteſt quis habere; tamen gratia, quæ dat efficaciam profitendæ fidei coram tyranno, non debetur vlli niſi illis qui Confirmantur: his autem debetur ratione Sacramenti & Characteris, quem imprimit. *Repl. ad Diſcuſſ. pag.* 126. *q.* 4. *n.* 41.

11. Eadem opera, quæ fiunt ab Epiſcopo & Regulari, ſunt magis meritoria in Epiſcopo, quàm Regulari. Nam dignitas perſonæ dignificat operationē, & ideo Chriſti operationes fuerunt infiniti meriti & ſatisfactionis, quia perſona & ſtatus naturalis filij Dei fuit infinitus. *Replica pag.* 173. *q.* 5. *n.* 44.

12. Hinc colligitur in quàm alto & perfecto ſtatu & vocatione perfectionis, non acquirendę, ſed exercendę & communicandæ alijs ſint Sacerdotes noſtrorum Seminariorum. *pag.* 194. *q.* 5. *n.* 57. *Et paulo poſt. n.* 58. Hoc officium

ficium, hęc vocatio eſt maxima, cùm ſit Apoſtolorum. *Repl.* 194. *& pag.* 165. *ibid. n.* 59. Nec mireris quod dixerim Apoſtolorum, quoniam omnes quidem Paſtores in hoc, ſed *ſpecialiùs, ij qui mittuntur in miſſionibus ad conuertendas animas ſuccedunt Apoſtolis, & eos imitantur. Et paulo poſt.* Sicut in hoc noſtri Seminariſtæ Sacerdotes excellunt omnes alios Sacerdotes; ita noſtri Religioſi excellunt alios Religioſos quoſcumque &c. *Et paulo poſt. pag.* 196. *q.* 5. *n.* 60. Quæſtio eſſe poteſt, Vtrum Seminariſtæ, ſicut habent ſupremam vocationem, quæ ſit in Eccleſia Dei, ita habent ſtatum? Ad ſtatum duo requiruntur; primò ordinari ad opera perfectionis, ſecundò vt ſit immobilis ratione voti, iuramenti, promiſſi, aut pacti; primum reperitur in ſtatu Seminariſtę: ſolùm poteſt eſſe quæſtio de immobilitate, ſed ſi hoc deficeret, nihil hoc derogaret perfectioni, officio, & vocationi Seminariſtæ, quia adhuc ordinatur ad actiones omnium pręſtantiſſimas, & hoc eſt principale in ſtatu perfectionis, & tamē immobilitas non omnino deeſt. *Et pag.* 198. Saltem ex his relin-

relinquitur certum, quòd vocatio Semi-nariſtæ Sacerdotis poſt Epiſcopum ſit altiſſima in Eccleſia Dei, quia ordinatur ad actus altiſſimæ perfectionis &c.

52. An non hę propoſitiones ordinem Hierarchicum à Chriſto inſtitutum magis turbant, quàm quę facit Regulares proximos Epiſcopis ratione ſtatus? An non antiquiſſimo Parochorum inſtituto magis derogant? Et tamen hæc noua portanta non allatrantur; ad hæc Cuſtodes, qui tota die, ac tota nocte in Regulares non tacent, muti ſunt. At inquient, hęc libris traduntur Anglicanis, quos non intelligimus. An non Daniel à Ieſu, & Nicolaus Smithæus Anglicè tantum extabāt, in quos tamen muti eſſe non potuerunt? Si dicant hactenus, ſe de his erroribus non audiuiſſe: certè ſi libros Diſcuſſionis & Apologiæ perlegiſſent, hos errores ibidem notatos confutatoſque repeiiſſent. Saltem nunc audiunt, vt ratione ignorantiæ ſe ampliùs excuſare nō poſſint. Quocirca, ſi his parcant, cauſam præbebunt, & hominibus, vt ſuſpicentur eos non zelo fidei, ſed ſtudio per-

perſonarum hactenus exarſiſſe, & Regularibus vt querantur, & dicant

——— *De nobis triſtis ſententia fertur:*
Dat veniam coruis, vexat Cenſura columbas.

EPILOGVS.

Hæc pro Regularibus meis à Cenſura calumnijſque vindicandis vel diſſerui, vel conqueſta ſum, liberè, verè, dolenter. Veſtræ (Reuerendiſſimi Pręſules) benignitatis, prudentię, miſericordiæque erit, libertati neceſſariæ veniam, veritati perſpicuæ fidem, dolori tam iuſto, Eccleſiæque ab hoſtibus fidei vndique cinctę & vexatę ſolatium adhibere. Quod fiet, ſi triſtem, quàm tuliſtis in Regularium libros Cenſuram, cognitâ ipſorum innocentiâ, retorto in Authores calumniarum dedecore, reuocetis.

FINIS.

ERRATA PROELI.

In Spongia.

Pag. 7.	*Lin.* 20.	Angelos *corrige*	Anglos
ibid.	27.	confonderet	confoderet
10.	10.	ſanguinæ	ſanguine
12.	22.	inſcitam	inſcitiam
29.	13.	tyrones	tyronis
41.	14.	ſint. Mihi	ſint, plus quàm veritati. Mihi &c
52.	16.	Laicè	laicis
55.	2.	perſequaris	perſequeris
90.	19.	Col 5.7.	Col. 5.27.
98.	12.	euulſaque	euulſaſque
129.	14.	opinio	opinor
143.	19.	eam habent	non habent
147.	4.	verâ	verò
164.	17.	impengere	impingere
173.	3.	*veſtigij*	*veſtigijs*
ibid.	24.	nec ille	næ ille
ibid.	25.	erit hoc	erit. Hoc
175.	4.	*dediciſſe*	*didiciſſe*
ibid.	penult.	Anglicæ	Angelicæ
ibid.	penult.	Pariſiorum	Pariſienſium
189.	vlt.	ſi tanquam	ſi quantùm
192.	17.	muſitata.	inuſitata
ibid.	vlt.	infecerentur	inficerentur
194.	6.	adunare	adiuuare
216.	3.	Theologiſq;	Theologicisq;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In

In Paratheſi.

*Pag.*209.	*lin.* vlt.	tanto *corrige*	tanta
211.	15.	aparere	apparere
221.	10.	Ad hoc	At hoc
222.	22.	litigent	citent
223.	8.	inſtituti	inſtitui
228.	1.	ſubuerſionē	ſubiectionem
229.	6.	paſtore	paſtoris
240.	17.	ſiet	ſiet
241.	1.	quale quale ſit	quale ſit
ibid.	23.	exſpectandū	exſpectandam

In Querimonia.

*Pag.*19.	*lin.* 22.	primitius *corrige*	primitus
20.	vlt.	qua	quæ
ibid.	vlt.	Angelorum	Anglorum
21.	2.	vobis	nobis
35.	10.	nos	vos
ibid.	12.	cernetis	cerneretis
ibid.	16.	uidices	iudices
46.	vlt.	ſit	ſic
49.	81.	tota	toti
51.	12.	pluris	pluries
53.	13.	ſic	hic
57.	1.	, innumeræ	. Innumeræ
67.	9.	& peccata	*dele* &
68.	23.	nonne	non
ibid.	23.	blaſphemæ?	blaſphemæ.
69.	13.	hæretica,	hæretica?,
70.	15.	terra	tetra

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google